




Observationes in Italici Iliadis latinae et Silii Italici Punicorum dictionem.

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES
AB AMPLISSIMO PHILOSOPHORUM MARPURGENSIUM ORDINE
RITE CAPESSENDOS

SCRIPSIT

EDUARDUS ALTENBURG
HERSFELDENSIS

MARPURGI CATTORUM
TYPIS FRIEDERICI SOEMMERING
MDCCCLXXXX.

THEODORO BIRT

S.

Robertus Doering postquam ante hos quattuor fere annos duobus libellis[1]) probare studuit Iliadem Latinam, quae fertur, a Silio Italico, Punicorum auctore, esse confectam, per tempus quoddam plurimi viri docti in hac sententia requiescere videbantur, dum nuper dissertatio a Paulo Verres[2]) scripta in lucem prodiit, qua docti illius viri sententiam rectam non esse grammaticis et metricis quaestionibus institutis demonstratur. Qui in initio disquisitionis (p. 1) Lachmanni sententia de Epitomes aetate probata de utraque parastichide in initio a Seyfferto, in fine a Francisco Buecheler inventa claris verbis disserit neque vvdd. Hertzii Teuffeliique sententias de dedicatione prolatas redarguere omittit. Neque vero in hac re cum eo dissentio — ut iam Doeringius bene disseruit in programmate priore laudato (p. 5) — *ἀκροστίχια Italicus . . . scripsit* tantam habere probabilitatem, ut pro certo statuere possimus. Hic ne silentio oppresserim iam antea quam Buechelerus inventum suum publicavit, Julium Caesarem, professorem Marpurgensem, auctoris nostri artificium quoddam in initio libelli detexisse sibi visum esse; id enim olim cum doctis suis amicis communicavit,[3]) tam incertam autem esse rem putavit, ut in volgus

[1]) Rob. Doering: Ueber den Homerus Latinus, Progr. Strassburg 1884. Rob. Doering: de Silii Italici Epitomes re metrica et genere dicendi, Argentorati MDCCCLXXXVI.

[2]) Paul Verres: de Tib. Silii Italici Punicis et Italici Iliade quaestiones grammaticae et metricae, Monasterii MDCCCXXXVIII.

[3]) cf. G. Eskuche in mus. Rhen. tom. XLV p. 254.

edere nollet. Ita vero statuit, in vss. 1—11 genetivum latere *Italici Sili*, ita ut et vs. 7 et vs. 9 initia *ex* et *quis*, quae nobis praebentur optimis codicibus[1]) Erfurtano et Leidensi, corrupta esse dicenda forent. — Ut nunc ad docti illius viri dissertationem redeam, a. p. 3 usque ad p. 5 l. l., quam leves sint causae, quas ad firmandam suam opinionem doctus ille vir in priore programmate protulit, ostendit. Quid autem valeant illius argumenta, quae in altero libello exstare videmus, a p. 5—p. 6 declarat. Haec omnia mihi tam luculenta videntur esse, ut quid addam, non habeam. Quodsi porro disquisitionem perlustramus in p. 6 de ratione et consilio eius locutus a p. 8—p. 48 quaestiones de partibus orationis, de enuntiatis et simplicibus et coordinatis et subordinatis, participio, gerundivo ita instituit, ut, quam multas potuit afferre res grammaticas, nobis proponat, quae in Punicis inveniuntur, in Iliade Latina desiderantur (cf. imprimis p. 47 et 48 l. c.). Sequuntur quaestiones metricae a p. 49 — p. 80, quarum summam mihi referre liceat. In primo igitur capite de numero spondeorum et dactylorum evincitur satis sibi constare Silium in versibus pangendis atque numero spondeorum haud mediocriter praecedere Iliadis scriptorem, imprimis in primo hexametri pede plus spondeorum quam dactylorum Silium posuisse (p. 52)[2]). Ex eis, quae de caesuris in altero capite excussit doctus ille vir, maxime commemoratu dignum mihi videtur esse Silium multo saepius semiseptenariam admisisse coniunctam cum sola semiternaria[3]), ita ut non adsit tertia trochaica[4])

[1]) cf. Luciani Mueller editionem Iliadis Latinae, quae inscribitur: Ueber den Auszug aus der Ilias des sogenannten Pindarus Thebanus, Berlin 1857 p. 12 et 13 et Aemilii Baehrens poet. lat. min. vol. III praefationem p. 6.

[2]) cf. quae iam antea Birtius in dissertatione „ad historiam hexametri latini symbola“, Bonnae MDCCCLXXVI, inscripta disseruit p. 50.

[3]) quam formam hexametri Birtius II designat p. 7.

[4]) cf. Birt. diss. p. 62 et 63.

(p. 53 et 54 supra), tum eo distare Epitomatorem a Silio, quod apud illum caesura semiseptenaria coniuncta cum tertia trochaica[1]) quinquies in mille versibus invenitur, apud hunc septies in totidem versibus. Tum sequitur ex eius observationibus caesuram tertiam trochaicam[2]) in tribus illis locis, ubi exstat in Epitome, non modo semper coniunctam esse cum semiternaria, sed etiam excusari nominibus propriis, quae aliter versui non bene inseri poterant, Punicorum versus viginti quattuor, qui ita sunt compositi, uno excepto excusationem nomine proprio non habere, in uno praeterea neglectam esse semiternariam (p. 55). Tum septem versus Punicorum excitantur, in quibus caesura per licentiam tmesis fit, cum tales vss. in Iliade Latina non reperiantur. Iam multis exemplis demonstratur, quam saepe proprios semiternariae numeros admissa voce dactylica, quin etiam spondaica, turbaverit, ita ut in hac quoque re Pindarus Thebanus multo elegantior et politior appareat esse. Minoris autem momenti mihi ea videntur esse, quae in cap. III inde a p. 58—59 insunt, sicut ea quae cap. IV de clausulis hexametrorum utriusque carminis disseruntur, id quod Verres ipse p. 61 diss. concedit. Summum vero tribuo observationibus de elisionibus in cap. V institutis. Atque primum satis dignum notatu est in universum numerum syllabarum et longarum et in *m* exeuntium et correptarum, quae eliduntur, multo maiorem esse apud Silium, quam apud Epitomatorem, ut clare ex tabella in p. 65 confecta perspicere licet. Inter has autem syllabas elisas hoc in utroque opere interest, quod numerus levium elisionum in thesi et apud encliticas *que ve ne* multo maior est apud Iliadis scriptorem quam in Punicis. Quodsi quam crebro in singulis pedibus sit elisum inspicimus, hic quoque inelegantia Epitomator a Silio superatur (p. 65 et 66). Neque minus si lenitatem elisionum respi-

[1]) forma IV apud Birtium p. 11.
[2]) forma V apud Birtium p. 11.

cimus multo deterior hic illo est (p. 66 et 67). Magna quoque est differentia in monosyllabis elisis, quod apud illum duo tantum monosyllaba elisionem patiuntur, nullum monosyllabum longum [1]), apud Silium in 174. quoque versu id fit (p. 68 et 69). Iam quantopere distet alterum ab altero opere, bene cognoscitur numeris elisarum vocum iambicarum allatis (p. 69). Tum iucundum est audire longas finales syllabas Iliadis scriptorem in arsi et acuta syllaba nunquam elisisse excepto uno loco, qui quomodo legendus sit discrepantibus libris incertum est, Silium vero hoc prorsus non respuisse (p. 71 et 72). Hic quomodo contra legem deliquerit, quam intellexit Lucianus Mueller, ostenditur p. 72 et 73. Porro syllabae in *m* exeuntes sequente brevi duae eliduntur in Iliade — parva morositas, si contra neglegentiam Silii consideramus, qui centies sexies decies sibi indulsit. Dactylicas voces, aut in *m* aut in *a* vel in *o* exeuntes prorsus non elisisse Epitomatorem verisimile est, quamquam de lectione duorum locorum difficilium certant viri docti (p. 74). Silius autem multo liberior ter dactylicas in *m* desinentes et centies tricies semel *a* aut *o* terminatas elisit. Eandem fere normam in vitata elisione pyrrhichiacarum vocum sibi imposuit Iliadis scriptor cum idem Silius libertate utatur (p. 74 et 75). Denique si cum docto illo viro, qua in parte utriusque carminis elisiones fiant, contemplamur, elisionem longae in secunda thesi ille vitavit, ita ut Siliana quoque exempla perpauca pro ambitu Punicorum sunt. In eodem loco Epitomator elisionem syllabae mediae repudiavit, Silius neglegentior fuit triginta duobus locis (p. 76). In arsi pedis tertii Iliadis scriptor inter 1000 vss. quinquies elisit, Silius sexagies ter. Neque tamen tam magna est differentia in thesi pedis tertii, ubi in mille vss. ille decies elisiones admisit, hic vicies quater. Similiter ratio numerorum se habet, si inspicimus caesuras in arsi pedis quinti

---

[1]) quod iam Lucianus Mueller animadvertit cf. p. 19 eius editionis in adnot. ad vs. 126.

occurrentes.[1]) Porro sibi fere constat utrumque carmen, si elisiones ultimi hexametri pedis excutimus.

Equidem ut cum J. S. van Veen, qui nuper libellum recensuit[2]), id, quod doctus ille vir de re metrica dixit, laudo atque comprobo, non plane pro mea parte agnosco eius rationem in quaestionibus grammaticis adhibitam, nam minus respexisse eum puto parvum ambitum Iliadis Latinae. Nonne enim cogitari potest hanc aliamve constructionem Epitomatorem quoque usurpaturum fuisse, si plus scripsisset? Hac cogitatione ductus, ut aliter inquirerem, mihi proposui et ab Epitome ipsa initium capiens eius copiam et delectum verborum in quaestionem vocare atque cum Silii Italici Punicis comparare in animo habeo. Qua in re sic statuo, cum idem fere sit argumentum in utroque opere, copiam quoque verborum idem fere esse debere, si revera idem est auctor, quod multi vvdd. pro certo habent. Rationis autem duce usus sum Eduardo Woelfflin, qui in dissertatione de Aurelii Victoris Caesaribus et epitome, quae sub eiusdem nomine fertur, instituta[3]) simili via usus, quid in Epitome Aurelii Victoris sit, quid alius auctoris, constituit. Idem doctissimus vir alia in commentatione über die Aufgaben der lateinischen Lexikographie inscripta[4]) postquam disseruit, quam multum valeret ad historiam sermonis latini et apud quos auctores et quousque temporis singulae quaeque voces in usu essent, sic pergit (p. 102): Noch fruchtbarer wird die Beobachtung des Fehlenden für die Kritik der Aechtheit oder Unächtheit,

---

[1]) de elisionibus, quae in fine hexametri occurrunt in utroque opere cf. Eskuche l. l. p. 253—255, qui ipse quoque observationibus de paenultimo et ultimo pede hexametri accurate institutis unum esse poetam Punicorum et Epitomes negat.

[2]) Neue Philologische Rundschau Gothae 1889. nr. 20 p. 307 et 308.

[3]) Mus. Rhen. tom. XXIX p. 288—293.

[4]) Mus. Rhen. tom. XXXVII p. 100 squ.

resp. für die Bestimmung des Verfassers einer Schrift.

His praemissis sic progrediar, ut primum eas voces Iliadis Latinae enumerem, quas Silius adeo non immiscet versibus suis, ut quodammodo in deliciis habere non videatur,

tum eas, quae exstant in Epitome, desiderantur in Punicis,

tertium eas, quae, quamquam non desunt apud Silium, tamen in omnibus locis, ubi inveniuntur,

aut alio sensu praeditae sunt,

aut aliis cum vocibus coniungi solent atque in Epitome,

denique in appendice tres parvas differentias grammaticas declarem. Ad rem autem magis illustrandam ea semper verba adiciam quae idem fere significantia Silius praefert. Neque vero nescio, quam sit difficile discernere, num hoc, aliud vocabulum sit synonymum alius cuiusdam vocis, atque me fortasse largiores fines mihi descripsisse veritum, ne quid omittam, concedo.

Summam autem dissertatiunculae meae in eius fine faciam.

I.

Iliadis Latinae voces, quas Silius tam raro adhibet, ut amare non videatur.

Hic primum excito[1]) verbum **incusandi**, quod legis in vss. 60 et 104: *incusat Achillem, incusat Tonantem.* Id Silius uno tantum loco habet IX. 16:

[1]) In laudandis Epitomes versibus Baehrensii, Punicorum Ernestii editionem secutus sum. Dum haec sub prelo erant in lucem edita est novae editionis Silianae a Bauero curatae tomus prior continens libros 1—10. Hunc inspexi et quoad res ferebat usurpavi.

Paullo auspicia incusante. Cuius verba idem fere valentia haec sunt:

incessere monitis amaris III. 171. *dictis amaris* XI. 209. *ferocibus dictis* XI. 234.

increpare VIII. 280. X. 6. XII. 685.

increpitare I. 181. 417. 552. II. 250. 278. 528. 623. III. 140. IV. 502. V. 632. VII. 118. VIII. 265. IX. 6. 633. X. 72. XI. 72. 211. XII. 196. XIII. 8. 737. XV. 760. XVI. 341. XVII. 434. 522.

vs. 85 legimus **abstineat** *dextra*, quod verbum Punicorum auctor non saepius quam bis usurpavit XII. 44 *abstinuisset ire* et XIV. 266 *abstinet Marte.* Magis usitata sunt:

absistere II. 281. 325. 371. VI. 342. 449. VI. 545. VII. 394. IX. 481. XI. 336. 561. XII. 51. XIII. 512. XV. 190. XVI. 224.

desistere (non tam crebro) VI. 473. IX. 476. XV. 315.

vs. 260 legimus **defugis** *arma* et vss. 681. 795. 906. 930 [1]) **confugiunt**, *confugit ad fluctus.* Utrumque verbum tam raro exstat in Punicis, ut *defugere* et *confugere* semel inveniamus: IX. 427 et XVII. 154. Contra en confer ea, quae Silio placent:

attollere fugam XVII. 139.
capere fugam XVII. 167.
carpere fugam X. 62.
diffugere VI. 188.
effugere VI. 205. 260. VIII. 391. XVII. 132.
elabi IX. 130. XV. 615. 790.
evadere I. 595. II. 625. IV. 340. VII. 71. 380. 611. 628. IX. 113. 567. X. 56. 420. 578 (de anima effugiente). XII. 150. 503. XIII. 47. 178. XIV. 131. 171. 225. 314. XV. 477. 590. 793. XVII. 167.

---

[1]) Hic lectio cod. E. tam erasa est, ud id, quod genuinum sit, satis clare intellegere non possimus. Sed hoc codice altera manus suprascripsit *confugiunt*, quod verbum in cod. L. rel. quoque scriptum videmus. Cur ab hac lectione abhorreamus non video causam. Supervacaneam igitur puto esse coniecturam Muelleri *aufugiunt*, quam Baehrensius quoque recepit in textum.

fugere I. 22. 74. 122. 575. II. 249. 250 *fugere retro.* II. 466. 627 *fugit amor.* 565. 593. III. 333. IV. 88. 193. 311 (bis). 332. 378. 409. 577. V. 33. 92. *an te fugit?* 448. 626. 642. VI. 55. 282 *fugientis ab ore veneni.* 375. 438. 506. 709. VII. 480. 689. 722. 724 *fugere tenebrae.* VIII. 55. 444. 505. 668. IX. 175. 558. 655. X. 12. 190. 515 (bis). 539. XI. 154. 177. 387 *fugit exoptabile tempus.* XII. 240. 290. 299 *fugiens laborum.* 367. 544. 602. 655 *dies fugere.* XIII. 16. 170. 242. XIV. 202. 224. XV. 40. 64 *fugit hora.* 175 *fugiunt in nubila silvae.* 238 *fluctus fugiebat.* 630. 670 (bis). 713 *Boream pontus fugit.* XVI. 149. 182. 265. 335. 416. 563. XVII. 436. 539. 543. 617. 645.

palari fuga II. 162.

refugere V. 62. 330. XV. 319.

Multos illos locos, quibus *cedere* fugiendi notionem habet, omisi, e. g. unum locum in libro I. vs. 555 affero: *aversus ab aggere cedit.* Magnum autem numerum similium locorum chartas Silianas perlustrans animadvertes.

vs. 706 scriptum videmus *ut Danaum vires* **perspiceret.** Quod *perspiciendi* verbum Silius semel in multos suos versus intexuit, XII. 158: *quae postquam perspecta viro.* Verborum autem idem fere significantium atque numero haud paucorum haec mihi enotanda esse putavi:

agnoscere I. 164. 512. III. 76. VI. 77. 579. VII. 729. IX. 160. 562. X. 104. 459. XI. 560. XII. 225. 257. 660. XIII. 705. 820.

cognoscere V. 349. 650. VI. 139. 377. VII. 22. IX. 162. 246. XI. 473. XIII. 503. 602. 613. 616. 720. 732. 807. XV. 584. XVI. 200.

discere IV. 71. V. 249. 637. 638. VI. 483. VII. 538. VIII. 77. 304. X. 121. XI. 104. 263. 408. XII. 568. XIII. 503. 636. XVI. 429.

intellegere VII. 203. 268. XVI. 687.

noscere I. 227. 480. II. 288. 485. III. 13. 19. 21. 142. IV. 724. V. 648. VI. 520. 659. VII. 39. 169.

429. VIII. 173. 497. IX. 79. 421. 478. 536. XI. 170. 575. 596. XIII. 399. 492. 622. 647. XIV. 348. 684. XVI. 44. 281. XVII. 22. 297. 345. 616.

percipere mente, percipere XVI. 211. XVII. 373.

scire I. 138. III. 12. V. 358. VI. 168.

vss. 419 et 690 animadvertas velim elocutionem **auxilium ferre.** Haec Silio ita in usu non est, ut semel adhibeat. Hoc eo magis est mirum, quod in solo illo loco *auxilii* nomen coniunctum est cum *opis* nomine: XII. 166 *opem auxiliumque ferebat. Opem ferre* autem Silium libenter dicere locis infra laudatis apparere puto. Synonyma autem haec sunt:

accurrere ad opem XIV. 404.

adnare subsidio XIV. 354.

afferre dextram X. 87. XVI. 146.

auxiliari XV. 555.

ferre opem I. 561. IV. 21. VI. 69. 359. VIII. 56. XII. 166 *ferre opem auxiliumque.* XI. 608 *ferre opum adiumenta.* XIV. 440.

iuvare I. 663. IV. 638. V. 264. VII. 390. VIII. 24. XIII. 520. XIV. 274. XV. 161.

portare opem IX. 457.

submittere auxilia, maniplos VIII. 23. XII. 687. XVII. 194.

succurrere I. 603. IX. 401.

suppeditare XI. 602.

vs. 799 exstat *incendere classem* **apparat,** quod verbum uno loco habet Silius III. 159: *avertere amorem apparat.* Omnibus aliis locis, ubi nostrum illud *schickt sich an* exprimit, *parat* scriptum esse videmus.

cf. I. 37. 343. II. 27. 133. III. 562. 574. 582. 700. IV. 91. 260. 588. V. 524. VI. 30. 480. 599. VII. 71. 216. 335. VIII. 206. X. 53. 341. 419. XI. 92. 155. 198. 235. 321. 359. 371. XII. 107. 697. 700. XIII. 3. 53. 395. 852. XIV. 164. 525. XV. 37. 803. XVI. 638.[1])

---

[1]) Julius Schinkel in dissertatione „quaestiones Silianae“, Lipsiae 1883, inscripta de infinitivi apud Silium usu disserens nonnullos locos sub hac voce afferendas omisit, cf. p. 77. l. c.

vs. 916 exstat *virum* **impedit** *undis.* Huius quoque verbi singularis est usus apud Silium, excepto enim uno loco XVII. 453 non legimus in Punicis. Verba autem, quae ille praefert, ex sequentibus verbis enumeratis inspicere tibi licet:

coercere IV. 592. VI. 269. IX. 234.

cohibere IX. 138. XI. 98. XV. 544. 742.

frenare VIII. 503. IX. 418. 472. X. 341. XI. 266. XIV. 489.

morari III. 115. IV. 724. 758. V. 75. 163. 186. VI. 566. VIII. 40. 348. X. 211. 385. XIII. 108. 855. XV. 483.

retardare I. 478. VIII. 341. XI. 609.

retentare XII. 536.

retinere III. 459 *retinet tardante timore.* XIV. 383. 384. 431. XVII. 152.

sistere I. 163. 382. II. 98. IV. 425. VII. 10. IX. 61. 154. X. 212. 368. 408. XII. 203. 628. 699. XIII. 520. XV. 630. XVII. 599.

tardare III. 459. 500. IV. 206. 624. V. 308. 525. VI. 652. VII. 694. VIII. 340. XII. 523. 582. XVI. 250. 522.

tenere I. 475. 640. III. 634. IV. 404. 471. IX. 385. XI. 450. XII. 76. 474. XIII. 390. XV. 483. XVII. 271. 511.

Denique in vss. 974 [1]) et 1020 Epitomatorem adiectivum **defessus** adhibere animadvertas, tam saepe igitur quam *fessus*, quod exstat vss. 616 et 740. In hac re contrarium adamavit Silius, qui ut *defessus* in sex locis, ita *fessus* in quinquaginta uno locis exhibet. Legis enim:

defessus I. 566. III. 666. X. 529. XI. 269. XII. 61. XVI. 417.

fessus I. 180. 209. 255. 529. II. 234. 253. 256. 459. 492. 509. 521. III. 506. 530. 539. 644. IV. 40.

---

[1]) *defesso* recte ex *defenso*, quod exstat et in cod. L., corr. m. 1 cod. E.

481. 711. 599. 700. 711. VI. 39. 72. 94. 264. 515. 590. VII. 23. 302. 341. 470. 707. VIII. 669. X. 19. 155. 222. 275. 291. XII. 83. XIII. 450. 457. 700. XIV. 43. 559. XV. 717. XVI. 118. 620. XVII. 139. 153. 193. 598.

II.

Eae voces, quae quamquam ab Epitomes auctore usurpantur, in Punicis tamen desunt.

Ad alterum propositum, ubi procedo, primum offendo **praetoria**[1]) vs. 11, quae vox nihil aliud esse potest nisi *castra* vel *tentoria.* Apud Silium his locis habes *castra* I. 128. 220. 297. 499. 569. II. 263. 286. 318. 527. 653. 661. III. 221. 274. 287. 293. 310. 357. 377. 556. IV. 56. 217. 481. 500. 513. 714. V. 164. 351. 428. 531. 552. 585. VI. 22. 593. 617. 626. VII. 4. 12. 43. 137. 214. 218. 265. 273. 304. 335. 347. 381. 399. 404. 407. 508. 522. 731. 738. VIII. 3. 299. 303. 347. 352. 560. 636. 640. 660. IX. 17. 20. 37. 82. 130. 527. X. 374. 485. 622. 643. XI. 2. 15. 205. 520. 594. XII. 267. 541. 572. 632. 650. 663. 729. XIII. 4. 67. 303. XIV. 107. 181. 597. 615. XV. 9. 187. 328. 482. 499. 517. 543. 592. 607. 614. 655. 812. 822. XVI. 18. 26. 38. 138. XVII. 89. 97. 104. 115. 122. 132. 179. 233. 292.

tentoria III. 646. VII. 290. 321. 338. X. 354. XI. 182. XII. 21. 746. XV. 280. XVII. 106.

mapalia crebro exstat in Punicis, sed hic neglexi, quod de casis Africanis tantum usurpatur e. g. II. 85.

In vs. 29 scriptum legis **dilacerat***que comas.* Haec phrasis duas ob causas memoratu est digna,

---

[1]) Omnes codices hic habent *praecordia*, quod in rectum mutatum est a Schradero et Higtio.

primum, quod illam coniunctionem verborum frustra perquiras in Punicis, tum quod ne in aliis quidem locis, ubi dilacerandi simile quoddam exprimendum est, invenias. Ad priorem autem rem illustrandam hos affero locos Silianos:

disicere crinem II. 558. V. 203.

foedare crinem XIII. 311.

lacerare crinem IV. 776. VI. 405. cf. VI. 560 *canentes laceris crinibus.*

Alteram ob causam haec notentur verba:

lacerare tegmen, *amictus* I. 673. VI. 405. XIII. 389. *genas* II. 560. *ora* II. 635. VIII. 154. X. 638. *dextram* XI. 554. *viscera terrae* XII. 141. *terram* XIV. 15. *lacerandum tradite evincta dextra* II. 48. *lacerato vulnere* II. 562. *lacerata classe* IV. 246.

vss. 61 et 537 legimus **sufferre,** cuius verbi neque proprium sensum neque imaginem translationemque praebet Punicorum auctor i. e. *sich einer Sache unterziehen, ertragen, erdulden*, ut in utroque nostro loco interpretandum est. Inter ea verba, quae Silio in usu versantur haec numerando esse puto:

ferre = *ertragen* I. 428. II. 90. 231. V. 187. 422. VI. 81. 119. 376. 502. 536. VIII. 674. IX. 347. XI. 240. 340. XIII. 309. XIV. 603. XV. 189. 689. 819. XVII. 351. 352.

pati I. 2. 201. II. 382. 522. III. 330. 387. 575. IV. 17. 567. VI. 255. 503. VII. 52. 549. 739. VIII. 88. 273. 306. X. 244. 493. XII. 472. 500. XIII. 380. 436. 548. 607. 612. 661. 829. 889. XIV. 90. 101. 137. XV. 751. XVI. 223. 285. 511. 547. XVII. 189. 339. 367.

perferre I. 250. II. 51. IV. 44. X. 61. 226. XI. 102. 151. 324. 342. XVII. 327. 368.

perpeti II. 620. IV. 763. XV. 537.

tolerare I. 354. IX. 67. 349.

Verborum autem cum *ferendi* verbo compositorum praeter *perferre* haec inveni:

afferre I. 456. et a. l.

auferre II. 634. „

circumferre	IX.	60.	"
conferre	III.	125.	"
differre	II.	236.	
efferre	I.	427.	et a. l.
inferre	I.	42.	"
offerre	II.	325.	"
postferre	II.	701.	
proferre	I.	201.	et a. l.
referre	I.	309.	"
transferre	XIV.	17.	"

vss. 85. 954 vox **congressus**, quae invenitur, desideratur in Punicis. Pro hoc substantivo praeter usitata illa nomina pugnam vel certamen significantia haec adhibere Silium inveni:

accursus XV. 604.
concursus V. 425. IX. 310.
incursus IV. 240 (de deo ingrediente). V. 46 (de hoste). X. 413 (it.).
occursus I. 422. V. 39. VI. 398.
procursus VII. 566. IX. 429. XIII. 248.

vss. 117 **cum** *crastina* **primum** *Extulerit Titana dies*, 126 *cum primum Titan emerserit undis*, 635 *cum primum stellas Aurora fugarat*, digna est quae notetur notissima illa coniunctio *cum primum*, nostrum *sobald als*. Quam deesse in Punicis eo magis miramur, quod usus earum coniunctionum, quae idem valent, tam magnus et varius est. Affero nunc eas, quas in usu habet Silius, neque tamen omitto commemorare ea, quae legimus VI. 369 *attigit cum litora primum*, ad nostram quaestionem non valere, cum hic *cum primum* valeat *damals als zum ersten Male*. Sed iam inspice:

cum = cum primum II. 350.*[1]) III. 81. 309. 328. IV. 244. 510. V. 88. 281. 311. VII. 205. XV. 786. VII. 234. 315. 717. VIII. 291. IX. 33.* 50. X. 243. 377. 523. 526. XI. 246. XIII. 413. 626.* 864. XIV.

---

[1]) In iis locis, quos asterisco notavi, *primus* invenitur cum substantivo quodam enuntiati coniunctum.

122. XV. 154. 714. 731.* XVI. 196. 296. 622. XVII. 522.

postquam I. 165. VII. 525. IX. 374. XII. 232. XV. 381. XVI. 81. I. 239. 456. 496. 595. 630. II. 143. 188. 237. V. 555. VI. 612. XIII. 147. XV. 370. II. 380. III. 1. 45. IV. 414. V. 170. 573. IX. 479. X. 427. XVI. 81. 240. V. 231. VI. 28. 96. 364. 407. X. 514. VI. 698. VII. 20. 159. 200. 422. VIII. 50. 84. 135. 203. 280. IX. 80. 497. X. 99. 310. 328. XI. 67. 129. 316. XII. 158. 223. 281. 337. 379. 507. 646. XIII. 51. 111. 153. 343. 495. XIV. 42. 292. 458. 666. XV. 68. 121. 263. 488. 598. XVI. 68. 282. 479. 576. XVII. 155. 183. 523.

ubi I. 29. 114. 123. 209. 226. 468. 590. II. 217. 580. III. 84 *(inde ubi)*. 640. 666. 696. IV. 94. 328. 333. 562. 713 *(inde ubi)**. V. 384. 586. V. 606. VI. 33. 216 *(iamque ubi)*. 321. 571 *(iamque ubi)*. VII. 96.* 205.* 746. VIII. 76 *(ubi iam)*. IX. 100 *(inde ubi)*. 106. 282.* 300. 561. X. 354. 489 *(ubi mox)*. 541* *(ubi mox)*. XI. 436. XII. 167. 175. 350. XIII. 188. XII. 423 *(inde ubi)*. 489. 574.* 664. XIII. 24. 66. 206. 419 *(inde ubi)*. 616. 621. 736. 876. XIV. 85. 114. 317. 471. 512. XV. 210. 237. 352. 457. 583. XVI. 139. 181. 318. 394. 601. XVII. 13. 93 *(inde ubi)*. 110 *(ubi mox)*. 122. 202. 445. 510. 593.

ut I. 78. 475 *(ut primum)*. 550. 672. II. 11. 102. 116. 169. VI. 498. VII. 581. IX. 419. X. 196. 252. XI. 89. 354. XII. 606. XIII. 454. XVII. 343. II. 374. III. 68. 427. IV. 56. 275. 313. 456. 536 *(ut primum)*. V. 209. 217. 348. VI. 77. 224. 458. VII. 300. 353. 519. VIII. 624. IX. 556. X. 83. 483. XII. 11. 479. 541. 558. 595. 686. 733. XIII. 156. 361. XIV. 12. 394. 620 *(ut primum)*. XV. 325. 353. 439. 507. 753. XVI. 382. 582. XVII. 72. 219. 237.

vs. 135 **collaudare** est inter ea verba, quae desunt in Punicis; simplex autem verbum habes in hisce locis: I. 395. II. 512. 650. 694. III. 254.

IV. 260. V. 561. VI. 620. VII. 640. VIII. 463. 584. XIII. 827.

vs. 195 **assumere** et vs. 924 **resumere** Silio non placent, quamquam simplex verbum *sumendi* haud raro in Punicis invenitur, cf. I. 242. 272. II. 332. 339. IV. 764. V. 158. VIII. 308. IX. 83. X. 45. XII. 497. XIV. 296. Neque alia cum *sumendo* composita verba ut *absumere* IV. 800 et a. l., *consumere* III. 157 et a. l., *praesumere* V. 213 et a. l. desiderantur in carmine Siliano. Ut vero explicem, quid libeat poetae pro *assumendi* verbo, primum conferas ea, quae supra sub *sumendi* voce collegi, ubi nonnullis locis suo iure pro simplice verbo *assumere* stare potest. Tum paulum aliter sentiens Silius idem videtur explicasse et per activas et per passivas formas verbi *addendi*, ut ex hisce locis videre licet:

V. 237 *socium duris se casibus addit.*
V. 467 *addiderat misero comitem.*
XVI. 580 *hoc decus addere ludis.*
II. 36 *additus furor armis.*
VII. 205 *tibi comes additus.*
X. 308 *mors additur urbi decus.*

similiter per passivas formas verborum *accipiendi*, *adiungendi*, *adsciscendi:*

I. 606 *ditior acceptis Anienis undis.*
XVI. 457 *adiuncti honore galeri.*
I. 155 *adscito cognomine fontis.*

Pro *resumendi* verbo tales elocutiones ei praesto videntur esse:

VI. 34 *lux nocte e Stygia reddita.*
VI. 490 *se reddidit irae.*
XI. 288 *fronti reddita laetitia.*

Venio ad vss. 276 et 286, in quibus enuntiatis optativis particulae sunt **dummodo** et **tantummodo.** Has non amans Silius sic in talibus sententiis scribit:

dum coniunctum cum coniunctivo praesentis: I. 45. 50. IV. 74. 758. VI. 582. X. 516. XV. 801.

modo coniunctum cum coniunctivo praesentis III. 150. XII. 669. XIII. 518. XVII. 462; coniunctum cum imperativo VII. 394.

Sequuntur vss. 290 et 965 **devitare** et **evitare** composita duo verba cum *vitandi* verbo, quod Punicorum auctor pro illis in usu habet: I. 75. V. 598. VI. 576. VII. 622. IX. 84. XV. 617.

vs. 300 **captare** commemorandum est, pro quo haec verba adhibere videtur:

apprendere IV. 587. XIII. 653.

incessere sudibus I. 523. *telis* V. 444. *rostro* XII. 59. V. 608 abl. omisso.

instare saxis I. 321. *sude* II. 250. *veruto* III. 363. *iaculis* IV. 454. *telo* XV. 720. abl. omisso: V. 136. VI. 258. 674. VII. 178. 349. XII. 190. XIII. 172.

invadere ferro XIV. 159.

petere V. 565. X. 179.

premere telo I. 383. *mole scopuli* V. 301.

prehendere (prendere) VII. 654. XV. 632. XVI. 417.

prensare IV. 236. 588.

Ab hoc loco non esse alienum puto monere verbum simplex *capiendi*, a quo derivatum est *captare*, libenter usurpari a Silio, ita ut sit *nehmen, einnehmen, gefangen nehmen*. Quod ut illustrem, hos locos afferendos mihi elegi: I. 43. 341. 683. II. 35. 369. 576. 605. III. 569. IV. 48. 151. 281. 408. 436. V. 1. 142. VI. 27. 445. 483. 493. 555. 629. 701. VII. 192. 324. 407. 527. VIII. 275. IX. 67. 292. X. 275. 565. 601. 655. XII. 169 (bis). 251. 583. 584. XIII. 365. 511. 529. 637. 739. XIV. 150. 404. 640. XV. 88. 146. 255. 249. 324. XVI. 165. 207. 641. XVII. 41. 192. 368. 509.

Neque iniucundum fortasse est usum desiderativi a *capiendo* deducti inspicere. Exstat *capessere* I. 35. 313. 423. 504. IV. 422. 480. V. 609. VII. 325. IX. 54. 611. X. 58. XII. 267. 703. XIII. 63. XIV. 412. XV. 111. 191. 472. XVI. 180.

In universum autem mihi hic liceat pauca disserere de usu frequentativorum, qui est in utroque

opere. Atque ut Silius mirum in modum multa verba frequentativa versibus suis immiscet, ita Homerus Latinus amare non videtur. Neque enim plus quam 15 diversa talia verba inveniuntur apud eum. Quodsi cum hoc numero eam frequentiam conferimus, quam praebet Silius, multum inter utrumque interesse videmus. Inveniuntur igitur in Punicorum libro primo 27 diversa talia verba, in libro altero 31 etc. Per omnes autem alios libros fere eadem manet frequentia. Ex quo consequitur Epitomatorem — si ad numerorum rationes respicimus — tertiam partem horum verborum usurpavisse quam Silium (in nostra Iliade unum in $71\frac{1}{3}$ vss., in Punicorum libris I in $25\frac{7}{10}$ vss., II in $22\frac{7}{10}$ vss. inest).

Pergo ad vs. 364, ubi **praeduratum** notaverim coniunctum cum *teli* voce. Ut illustrem, quid Punicorum auctori placeat, omnia epitheta, quae inveniuntur apud *telum* eiusque synonyma *abies*, *calamus*, *conus*, *cornus*, *fraxinus*, *harundo*, *hasta*, *iaculum*, *lancea*, *missile*, *ornus*, *plumbum*, *robur*, *sagitta*, *spiculum*, *taxus*, *trabs*, *verutum*[1]) colligere atque in ordinem redigere suscepi. En habes:

adversus XVII. 538, *ales* III. 365. IX. 622. XVII. 416, *aliger* II. 92, *Appulus* IV. 559, *ardens* XVII. 226, *Baliaris* VII. 297, *barbaricus* IV. 171, *celebratus* III. 319, *celsus* II. 203, *certus* XIV. 441, *comes dictis* (= una cum dictis) IV. 134, *creber* II. 109. 176. IV. 617, *cruentus* II. 169, *cunctus* IX. 641, *Daunius* XVII. 432, *Dictaeus* XIII. 184, *dirus* IV. 285, *Eous* II. 101, *evulsus cadavere* X. 194, *exitiabilis* XIV. 306, *fallax* I. 544, *fata ferens* IV. 256, *letum ferens* XIII. 210, *fatalis* II. 400. IX. 392, *ferratus* I. 337, *fidissimus* XII. 384, *fulgens* IV. 342, *Garamanticus* VII. 628, *Gortynius* V. 447, *hebetatus* XVI. 105, *horrens* I. 527. 628, *horridus* IV. 180, *hosticus* X. 62, *implumis* VIII. 421, *improvisus* XII. 54, *inanis* VI. 559, *incessens* I. 473, *ingens* I. 336. 576. V. 325. X. 130. XVI. 62, *inimicus* IX. 544,

[1]) De multifariis tropis, quibus utitur Silius cf. J. Franke: de Tib. Silii Italici Punicorum tropis, Monasterii MDCCCLXXXIX.

irritus IV. 190, *Italus* XIII. 210, *levis* IV. 512. VIII. 550. X. 242, *letalis* II. 124. 267, *longinquus* IX. 612, *Martius* IV. 507, *Maurus* III. 339, *Maurusius* X. 402. XIII. 145, *meus* IX. 170, *Minoius* II. 107, *minor periclo* X. 23, *missilis* X. 148, *nans* XIV. 549, *noster* XVI. 201, *noxius* I. 322, *obvius* IV. 570. XV. 379, *occurrens* IV. 206, *omnis* V. 641. VIII. 317. IX. 506, *parvulus* XI. 395, *paternus* II. 106, *penetrabilis* VII. 649. XII. 240, *pennatus* II. 95, *penniger* VIII. 375, *perfidus* II. 655, *primus* XVII. 412, *propior* IV. 454. IX. 656, *Punicus* VII. 485, *rapidus* V. 403, *rasilis* IV. 176, *reflexus* XVI. 54, *Rhoeteius* XVII. 197, *rigidus* IV. 394, *Romanus* VII. 379, *rubens caede* II. 17, *saevus* IV. 613. VII. 653. XII. 260, *satiatus sanguine* IV. 437, *sceleratus* III. 272, *servans cruorem* XII. 264, *Sidonius* XII. 377, *sitiens cruorem* XII. 264, *sonans* XIII. 235, *stridens* IX. 247. 338. X. 113. XV. 441, *subitus* VI. 31, *suetus* VI. 214, *tenuis* III. 363, *tepefactus* I. 309, *tepidus* IV. 182, *bis terna* X. 123, *Titanus* I. 435, *tot* VIII. 620, *tremens* II. 448, *tremebundus* IV. 539. V. 628. X. 119, *tremefactus* VII. 615, *tuus* X. 120, *Tyrrhenus* IV. 611, *Tyrius* IX. 510, *non ullus* XI. 418, *non unus* XIII. 196, *validus* I. 552. XIII 204, *vibrans* IV. 784, *victrix* IV. 167. XVI. 585, *volans* II. 118. (125). XVII. 440, *volatilis* VII. 656, *volucris* II. 107. VI. 248. 274. VII 646. IX. 11. 337. XIV. 397.

Quodsi epitheta oculis perlustrabis, et *trabalis* adiectivum, quod legimus in Epitome vs. 373 et *mortalis* vs. 469 [1]) et *immanis* vs. 668 nunquam usurpatum esse ab illo in simili verborum coniunctione videbis.

Transeo ad vs. 383, ubi **palpitare** mihi enotandum est = *zappeln*, *zucken*. Pro quo verbo Silius praecipue *tremere* usurpat. Ita loquitur de *labiis trementibus* VIII. 115, de *trementi fetu* VII. 718 et *telum* emissum ei est *tremens* II. 448, *tremebundum* IV. 539. V. 628. X. 119, *tremefactum* VII. 615. Cuspis autem *tremulos ductus in pulvere signat* IV. 259, *tremebunda*

---

[1]) *trabalis* Silius omnino non habet, de adiectivo *mortalis* cf. quae sub hac voce postea disseram.

resedit VI. 251. Moriturum quoque *subito trementem* IV. 457 facit eiusque *ubera tremebunda* II. 648, *vitam trementem cunctantemque* XIV. 161, *membra* et *ora trementia* XIII. 834. XV. 797. XVII. 259; *manus tremuere* est XV. 387. De graviter afflicto est *tremebundus ibidem sternitur* XI. 332, de leone vulnerato *stat teli patiens media tremebundus arena* X. 244.

Quoniam *palpitare* hic exstat de iis, qui letali ictu oppressi sunt, inutile fortasse non est reliquas elocutiones, quae illi eadem in re in usu sunt, afferre. Legimus *cadentia membra* II. 130, *crepitantia dissipat ossa* I. 402, *dubitantia lumina condit* X. 154, *labentis perfunditur arma cruore* I. 517, *lapso magistro* IV. 616, *vidit labentem socer* V. 303, *labitur infelix* V. 526, *labentia membra prostravit super* VI. 31, *strage super lapsus socium* VII. 624, *labitur transfossus* VII. 659, *super tepido lapsantem sanguine* VII. 610, *labens arma super resupino concidit ore* X. 142, *labentem pepulerunt tela sub undas* XIV. 512, *labentum cumulantur acervis* XIV. 610, *labens impresso signavit gramina mento* XV. 380, *concidit et spoliatum lapsus in hostem* XV. 699, *extendit labens palmas* XVII. 471, *lapsantis sanguine fratris* XVII. 469, *labentia membra levat* II. 121, *implerunt clipeum miserando viscera lapsu* IV. 386, *fratrisque videt labentia membra* X. 151, *labentia membra imposuit scopulo* X. 239, *languentia leto instanti membra* I. 503, *languentia membra ipse levabo humeris* X. 275, *languida vix aegro nisu dubia cervice levabat* X. 458, *micans tremulo conatu* IV. 211, (cf. *lingua micat motu* VI. 223), *moribunda manus* X. 200, *moribundos explicat artus* II. 147, *moribunda pependit habenis* IV. 210, *pependerunt manus ramo* VII. 679, *singultantia ora leto* I. 388, *spirantes artus* I. 121, *stratos artus* V. 663, *tardaque paulatim et dubio vestigia nisu alternata trahens* I. 554, *trahebat per stragem nervis interlabentibus artus* VI. 17.

Praeterea conferas velim, quae sub elocutionibus *carpere herbas* et *linquere lumina* afferam.

Sequitur vs. 390 **increscere.** Pro quo verbo quid Silio in deliciis fuerit, iam videas:

augescere IX. 374.

crescere I. 177. 274. 418. 642. II. 353. III. 75. 529. VI. 111. VII. 112. 677. XI. 614. XIII. 9. 23. 87. 797. XIV. 301. 309. 613. XI. 91. 216. 768. XVI. 354. 532. XVII. 189.

gliscere II. 239. IV. 6. 111. V. 512. VI. 63. VII. 216. 353. IX. 393. X. 579. 599. XI. 546. XII. 402. XIII. 26. XIV. 308. XV. 577.

increbrescere X. 1 *increbrescere Martem.*

vs. 468 **inspicere** mihi est afferendum = *hinsehen, nachsehen, erblicken.* Haec fere sunt verba, quae Silio, ut idem exprimat, placent:

aspectare I. 548. XII. 643. XII. 802.

aspicere I. 198. II. 347. 349. 505. 573. III. 114. IV. 408. V. 279. 640. VI. 105. 408. VII. 240. VIII. 318. IV. 49. X. 288. 514. 634. XII. 709. 719. XIII. 449. 816. XV. 90. 92. 249. 354. 784.

conspicere I. 476. II. 526. III. 478. IV. 457. 600. V. 232. 311. 391. 430. 586. VII. 96. VIII. 136. 507. IX. 97. X. 323. XIII. 207. XIV. 396. XV. 753. XVII. 445.

circumferre oculos XI. 263. *lumina* XVII. 518.

circumlustrare I. 298.

circumspectare X. 302.

circumspicere VI. 619. IX. 105.

comprendere visu III. 408.

contingere visu XIII. 506.

haurire oculis XI. 284.

inspectare II. 662.

intueri XVI. 193.

invisere IV. 364. XIV. 8.

legere visu XII. 569.

lustrare III. 407. IX. 86. X. 43. 451. XII. 66. 112. 565. XIV. 5. XV. 347. XVII. 492. 518. *oculis* II. 405. *visu* V. 307. XIII. 758.

obire visu III. 160.

percensere vultu VI. 698.

perlustrare XII. 85. XIII. 164. *oculis* VII. 537. XIII. 792. XV. 777. *visu* XIII 342.

permittere visus III. 534.
pertractare visu X. 452.
prospectare III. 418. 538. XV. 224. XVI. 10.
prospicere I. 688. II. 116. V. 542. VIII. 306. XI. 576. XVII. 238.
volvere oculos per XVI. 190.

Non inutiliter ad comparandum afferuntur ad haec verba ea, quae sub *perspiciendi* verbo p. 8 collegi, cum eorum sensus interdum ad inspiciendi notionem accedat. Ea autem, quae in universum *sehen*, *schauen* valent, a Silio crebro usurpata ut *cernere*, *spectare*, *videre* neglexi. Restat ut moneam *inspicere* solum verbum cum *speciendo* compositum videri esse, quod deest in Punicis. Praeter enim illa iam commemorata verba *aspicere*, *circumspicere*, *conspicere*, *prospicere*; *despicere* quoque legis I. 671 et a. l., *perspicere* XII. 158, *respicere* II. 309 et a. l., *suspicere* V. 408 et a. l.

Progredior ad vs. 498, ubi excitandum mihi est **se proripere.** Ad quod verbum iam hic addo **provolare** vss. 807[1]) et 1058, quod idem fere valet *sich eilig hervorbegeben*, *eilig fortlaufen*, *fortstürzen*. Atque praeter ea verba, quae nunc infra Silio grata proferam, velim inspicias ea, quae sub *excedendi* verbo colligam, quorum nonnulla significatione propinqua illis sunt. In deliciis igitur sunt ei:

advolare I. 551. IV. 326. V. 344. 561. 645. XII. 403. XIII. 776. XV. 243.
assilire IV. 316. 383. X. 3. XV. 692. XVI. 63. 624.
assultare II. 256. VI. 223 (de angue).
emicare I. 376. II. 238. *in Martem* III. 85. XI. 483. XII. 9 (de angue). *in arma* XV. 158. XVI. 319 (de equis). 524.
erumpere V. 194. XII. 491. XIII. 156. 215. XVI. 500.
evadere III. 515. 528. XII. 57 (de angue). XVI. 523.
exsilire II. 379. VII. 46. IX. 393.
praecedere I. 249. XVII. 395.

---

[1]) Hic optimi codices E. et L. *provocat* exhibent, quod iam a manu prima cod E., haud spernenda, in *provolat* correctum est.

procedere VI. 76. 180. 638. VII. 91. 525. XII. 739. XIII. 419 (de nocte). 444. XVII. 24 (de nave). 219 (de puppibus).

procurrere I. 519. IX. 418. XI. 495. XIV. 392.

proferre se IV. 333. X. 21.

progredi XII. 688. XIV. 180. 357. XV. 208. XVI. 493 (de calce equi). XVII. 56 (de avibus).

prorumpere II. 584 (de angue). VII. 682 XII. 5. 380. 562.

prosilire IX. 102. XV. 210 (de equis). XVII. 122.

Denique iuvat monere exceptis *proripiendi* et *provolandi* verbis omnia alia fere verba cum *rapiendo* aut *volando* composita Silium habere. Invenis enim:

advolare (vide supra), *antevolare* XII. 600 et a. l., *circumvolare* IX. 45 et a. l., *devolare* XII. 702 et a. l., *evolare* cf. sub *excedendi* verbo, *praetervolare* X. 114, *transvolare* IV. 287; *volare* simplex verbum = *dahinstürmen* saepissime e. g. IV. 516.

abripere II. 261 et a. l., *arripere* II. 142 et a. l., *corripere* I. 489 et a. l., *deripere* IX. 29 et a. l., *diripere* I. 525 et a. l., *eripere* I. 183 et a. l., *praeripere* II. 118 et a. l.

Venio ad vs. 539 verbum **interimere,** ad quod adiungo, quia eundum habent sensum **necare** vs. 398 et **exanimare** vs. 732. Varia autem atque multa sunt verba quibus idem exprimit Silius:

absumere IV. 800. XIII. 718.

adimere animam XV. 691.

afficere leto II. 184.

auferre II. 5 *quos abstulit dies.* XIII. 383. 655. XV. 393. 580.

carpere: V. 591 *carpsit te dies.* XIII. 627 *te funere carpsit.*

caedere I. 53. II. 209. III. 299. 314. (IV. 132. 798)[1]. V. 138. 322. 369. 669. VI. 7. VII. 111. 559. (VIII. 525). IX. 381. X. 446. 626. (XI. 253). XII. 385.

---

[1]) Ubi numeros uncis seclusi, *caedere, mactare, sternere* de bestiis interfectis est usurpatum.

(445). 475. (XIII. 329. 431). XV. 531. 600. 814. XVI. (41). 51. 71. 462. 646. XVI. 296. 515. 563.

corripere lèto XIII. 80.

dare leto sim: *dare leto* IV. 109. 267. 345. VII. 599. X. 133. XV. 669. *strages* XVI. 104. *mortem* IV. 180.

deicere XV. 464. XVI. 166.

delere leto V. 415.

demetere IV. 213.

demittere umbris sim: *demiserat umbris* I. 439. *Erebo* II. 541. *ad manes* IV. 342. *vadis Averni* X. 138. *umbris* XI. 142. *neci* XII. 468. *aquis atris* XIII. 459. *ad umbras* XV. 467.

edere caedes IV. 530.

exstinguere I. 277. XIII. 549

ferre letum IX. 177. XV. 632.

fundere crebro e. g. II. 113.

mactare (I. 120). IV. 467. 666. V. 653. XVII. 500.

metere IV. 464. X. 147. XIII. 218. XIV. 134. XVII. 147.

mittere ad umbras XV. 386.

abtruncare V. 260. 580. X. 76. 160. XIV. 104. XV. 449. 702. XVII. 429.

occupare II. 198. X. 198. XIV. 133. XVII. 470.

pellere ad manes V. 374. *vita* IX. 533.

peragere XI. 365.

perimere I. 410. IV. 214. V. 658. X. 90. 537. 592. XI. 146. XII. 224. XIII. 278. 484. XIV. 554. 679. XV. 693.

ponere finem I. 280.

prosternere I. 287. IV. 582. 629. VII. 397. 601. IX. 85. 89. 177. XII. 143. XIII. 237. XIV. 106. XV. 663. XVII. 424. 470. 483.

rapere sub Tartara II. 695. *leto* XIV. 607.

raptare ad Stygias aras IV. 788.

reddere letum V. 419.

sopire X. 153.

sternere (II. 72). III. 41. IV. 157. 182. 465. V. 425. IX. 94. 401. 505. 598. X. 33. 145. 312. 460.

XII. 467. 672. XIV. 131. XV. 531. 650. 808. XVII. 411. 443.

succidere ferro XIV. 134.

trahere ad manes IV. 204. V. 576. *ad umbras* XIII. 713.

Venio ad vss. 527 et 579, ubi legimus **commentor fraudis.** Pro qua elocutione, quid libeat Silio mihi inspicienti satis multa de fallacibus hominibus dicta occurrunt:

armata dolis mens I. 188.
devius aevi I. 57.
docilis fallendi III. 233.
doctus fallere X. 188.
domus fraudum VI. 479 (de Carthagine).
fallax I. 384. VII. 57. VIII. 98. XI. 10. XV. 792. *astus* VI. 615.
fecundum in fraudes genus II. 498.
fluxa morum gens IV. 50.
genitor fraudum XIII. 738.
invenire dolos XII. 302.
laeta fallere astu VI. 482.
moliri fraudes tacitas VIII. 178.
nectere tectos dolos III. 234. *fraudem* VI. 326.
pravus fidei III. 253.
sator turbarum VIII. 260.
sinister fidei I. 56.
succinctus dolis X 190.

vs. 550 ab **exornandi** verbo abhorret Silius et haec praefert:

adornare XII. 395.
decorare II. 583. 698. VIII. 488. X. 27. 521. 568. XVII. 64. 646.
insignire VI. 108. XIV. 32.
ornare V. 143. XIV. 652.

Ad vs. 582 ea, quae adiectivo **speciosus** = *in die Augen fallend*, *ansehnlich* propinquum sensum habent, afferenda sunt:

egregius cristis et casside nota XII. 232.
eximia virgo specie XVII. 71.

ingens corpore et armis III. 262. VI. 708.

insignis sagulo I. 248. *primaevo flore iuventae* I. 377. *in armis* I. 319. *cornu* I. 415. *nudato vulnere* II. 42. *habitu* II. 77. *notis in armis* XIV. 606. *fusis Hiberis* XV. 206. *nutatis casside canis* XV. 658. *frons alba nitebat insigne* XVI. 349. *insignis multa cervice* XVI. 363. *ventos anteire lacerto* XVI. 562. *insignis Aconteus* XVI. 574. *insignis* XVII. 313 cf. IV. 472. VI. 669. IX. 64.

mirabilis arcu XIII. 196.

praecipuus signis III. 391.

praestans corpore et armis V. 175.

spectabile ponto XIV. 274.

spectatus, sim: *dextra spectatus* I. 77. *ausis* I. 151. *quo non spectatior alter* I. 440. *spectandum caput* II. 204. *spectatus Marte* III. 317. *spectatus Marte sub omni* VI. 210. *spectandum ducem* VI. 368. *spectatus ferro* VIII. 263. *spectandum strage virorum* XII. 491. *longo spectata per orbem iuventus* XVI. 333.

sublimis dono II. 453. *honore* XIV. 111.

vs. 628 **munerare** non dicit Silius, qui praefert:

dare dona XVI. 165. *dono* IX. 69. XVI. 431.

donare I. 487. II. 326. 608. III. 136. IV. 271. 507. V. 564. IX. 20. X. 476. 559. XI. 409. XIII. 119. XIV. 47. 467. XV. 260. 395. 600. 721. 734. XVI. 455. 525. XVII. 361.

vs. 658 **praeponderare** = *das Uebergewicht geben* desideratur in Punicis, sed huic rei non multum tribuo, quoniam non video, qua in re Silius id verbum adhibere potuerit.

Sequitur vs. 683 **excubitus**[1]), quod vocabulum neque alius auctor, qui latine scripsit, neque Punicorum auctor exhibet, excepto eo, qui bellum Hispaniense, quod fertur, composuit VI. 4. Idem fere

---

[1]) *Excubitu* Iliadis scriptorem nostro loco scripsisse pro certo habendum esse puto, nam facillime sequitur ex lectione cod. L. *excubitoqu;*. Nihil autem tribuimus manui 2 deteriori et recentiori, quae corr. *excubiisqu;*.

valet *excubiae*, quae vox quater quantum video usurpatur a Silio VII. 155. 319. IX. 93. XIII. 193.

Venio ad vs. 700 **sublustri** *noctis in umbra*, quod est nostrum *im Halbdunkel der Nacht*, *im Dämmerlicht*. Hic iucundum est Silii Punica comparare, quae multa et varia praebent ad idem significandum:

I. 576: *Pellebat somnos Titoni roscida coniux,*
Ac rutilus primis sonipes hinnitibus altos
Afflarat montes roseasque movebat habenas.

IV. 88: *Iamque sub extremum noctis fugientibus umbris.*
Lux aderat, Somnusque suas confecerat horas.

IV. 482: *Condebat noctem devexo Cynthia curru,*
Fraternis afflata rotis, et ab aequore Eoo
Surgebant roseae media inter caerula flammae.

V. 24: *Et iam curriculo nigram nox roscida metam*
Stringebat, nec se thalamis Tithonia coniux
Protulerat stabatque nitens in limine primo,
Cum minus abnuerit noctem desisse viator,
Quam coepisse diem.

V. 55: *Donec flammiferum tollentes aequore currum*
Solis equi sparsere diem. Iamque, orbe renato,
Diluerat nebulas Titan, sensimque fluebat,
Caligo in terras nitido resoluta sereno.

VI. 452: *Vixdum clara dies summa lustrabat in Oeta.*

IX. 179: . . . . *sensimque abeuntibus umbris,*
Conscia nox sceleris roseo cedebat Eoo.

IX. 193: *Lux oritur.*

X. 526: *Cum Aurora rubebit apertis thalamis.*

XI. 371: *Postera lux Phaetontis equos proferre parabat,*
Iam rapido summis curru splendente sub undis.

XI. 516: *Vixdum depulsa nigrae caligine noctis.*

XII. 508: . . . . *Titan dum gurgite lucem*
Spirantes proferret equos.

XII. 574: *Ubi nox depulsa polo, primaque rubescit*
Lampade Neptunus, revocatque Aurora labores.

XIII. 132: *Primos ad luminis ortus.*

XIII. 299: *Stringebant tenebrae noctes.*

XIII.413: *A medio cum se nox humida cursu flexerit.*
XV. 251: *Aurora ingrediens terris exegerat umbras.*
XVI. 136: *Aurora obscuri tergebat nubila caeli,*
Vixque Atlantiadum rubefecerat ora sororum.
XVI. 230: *Iamque novum terris pariebat limine primo*
Egrediens Aurora diem, stabulisque subibant
Ad iuga Solis equi, necdum ipse ascenderat,
Sed prorupturis rutilabant aequora flammis.

Nunc velim intendas in vs. 718: *si cur veniam* **exquiritis,** ubi est *exquirere = durch Fragen ermitteln, ausforschen, über etwas fragen,* quod Silius sic exprimit:

erogitare X. 476.
exagere I. 684.
explorare I. 100. 413. IV. 90. 605. V. 61. VI. 168. VIII. 314. X. 111. XI. 216. 358.
inquirere I. 485.
orare VI. 567 (in reliquis locis = *bitten*).
poscere I. 121. IV. 32. VII. 27. XIII. 39. 409. 831. XV. 458.
quaerere I. 123. III. 309. 568. IV. 492. V. 163. VII. 374. VIII. 634. XIII. 60. XV. 505. XVII 457.
requirere X. 403. XII. 588. XIII. 798.
rogare V. 347.
rogitare VI. 568.
scitari III. 201.
speculari I. 382. II. 289. V. 378. XIII. 163. XVII. 57. 342.

Verborum autem cum *quaerere* compositorum *anquirere, conquirere, disquirere* desideravi in Punicis.

In vs. 773 legimus **istinc et illinc,** quarum particularum prior Silio in usu non est. Is habet has coniunctiones:

hinc atque hinc I. 375. IV. 276. 568. IX. 313. XV. 189. 517. XVII. 252.
hinc et hinc XII. 483.
hinc atque illinc XIV. 519.

Nunc mihi liceat has particulas correlativas,

quae locum significant atque cum nostro *istinc et illinc* quodammodo comparari possunt, adiungere:

hic-hic I. 627. XIV. 652. *hic-hic-illic* X. 313. *hic-illic* X. 404.

hinc-hinc I. 522. 561. II. 273. III. 586 (ter *hinc*). IV. 382. 416. 552. 564. V. 44. 198 (ter *hinc*). VII. 278. 526. IX. 290. 291. X. 531. XII. 617 (ter *hinc*). XV. 630. XVI. 87. 515.

hinc-illinc XIV. 557. XV. 22.

vs. 917 deest in Punicis **praetardare,** cuius synonyma iam sub *impediendi* verbo p. 10 collegi.

vs. 921 legimus **asserere**[1]) = *an sich ziehen, beistehen, retten, schützen.* Apud Silium haec similia verba occurrunt:

adesse IV, 127. XI. 397. XIII. 137. XVI. 88.

conservare I. 660. VIII. 254.

defendere II. 32. XI. 87. XII. 49. 165. 427. 505. 557. 607. XIII. 826.

protegere VII. 710. XII. 166. 263.

protendere dextram I. 655.

servare II. 361. 374. III. 80. 127. 610. IV. 431. 674. 816. VII. 18. 398. 726. VIII. 320. 359. 435. XI. 22. XII. 173. XIII. 89. 326. XIV. 169. 172 (bis). 682. XV. 282. XVI. 17. XVII. 201. 370. 376. 562. 581.

tueri I. 663. III. 456. V. 471. VI. 470. XIII. 249. XIV. 91. XVII. 118.

tutari XI. 357. XII. 163. XV. 674. XVII. 91.

vs. 927 afferam *vires successus adauget.* Hoc *adaugendi* verbum, quod est *noch dazu vermehren, vergrössern* cum apud alios poetas deest, tum apud Silium, cui simplex pro composito verbo placet his locis:

augere I. 290. 520. 652. III. 451. 595. 708. V. 364. VI. 557. VIII. 22. 250. IX. 230. XI. 47. XII. 379. XV. 226. 321. 497. 575. XVI. 354. 496. 670.

---

[1]) Cod. L. hic rectam lectionem *asseruit* habet; *admonuit*, quod est in cod. E., sensu caret.

Praeterea non est inutile haec verba in hisce locis conferre, quibus simile quoddam significatur:

adiuvare: IV. 291 *adiuvat hastam.* V. 326 *telum adiutum nisu.* VI. 250 *adiuta vires cuspis.* VII. 354 *adiutae flammae.* IX. 510 *adiuvat hastilia.* XIV. 307 *adiuto turbine venti Vulcanus.*

iuvare: IV. 14 *iuvatur hasta.* XIII. 159 *iuvare iaculum.*

pascere: IV. 9 *pascere rumorem.* VII. 497 *furorem.* IX. 603 *pastus ignis vento.* XII. 721 *pascere iras.* XIV. 421 *pastos bitumine ignes.* XVII. 594 *pastos ignes.*

vs. 937 **praemetuere**[1]) = *im voraus fürchten, im voraus besorgt sein* et vs. 984 quod verbum simile quoddam valet **pertimescere** = *sehr fürchten* Silius non dicit. Ei haec placere inveni:

cavere metu II. 223.

contremiscere IX. 441.

exhorrescere III. 146. III. 427. X. 107.

expavescere I. 67. III. 464. V. 619. IX. 469. XIV. 374. XVII. 625.

horrere I. 110. II. 568. III. 313. XI. 550. 695. XII. 369. XIV. 253. 671. XVI. 600 *formidine.*

horrescere III. 125. V. 191. VI. 524. XVII. 318.

inhorrescere XII. 381.

intremiscere VIII. 60. XIII. 68 *metu.* XVI. 667.

metuere I. 32. 149. 390. II. 499. III. 37. 120. 564. IV. 486. 809. V. 212. VII. 471. 667. 721. VIII. 336. 504. IX. 339. 402. 439. X. 45. 604. XI. 577. XII. 14. 138. XIII. 874. XVI. 128. 605.

pavere I. 299. 498. 504. III. 187. 478. V. 109. 435. VI. 172. 568. VII. 107. 681. 709. 729. VIII. 25. 641. X. 370. 432. XII. 290. 566. XIV. 246. XV. 136. 558. XVI. 691. XVII. 154. 582.

pavescere II. 335. XIII. 634. XV. 6. XVI. 127.

---

[1]) Ex *permetuit*, quod praebent meliores codices, satis levi et probabili correctione hoc verbum restituit L. Mueller.

pavitare II. 234. V. 279. X. 581. 615. XI. 24. XII. 563. XIII. 142.

timere II. 31. 357. IV. 603. V. 202. VI. 557. VII. 270. 319. 518. VIII. 73. 90. 356. IX. 368. XII. 89. 580. XIV. 612. XV. 383. 524. 646. XVI. 46. 57. 685 (bis). XVII. 310.

tremere I. 252. 471. 637. II. 53. (267). 339. V. 21. 108. 118. 281. VII. 110. X. 444. XI. 325. XV. 551. XVI. 9. 93. XVII. 354.

trepidare I. 129. 466. II. 176. 194. 262. 273. 703. III. 710. IV. 26. 312. 808 *metu*. V. 380. VI. 325. VII. 444. 698. VIII. 70. 118. IX. 149. XII. 547. XIII. 177. 259. XIV. 424. XV. 578 *metu*. XVI. 56. 421. 507. 691. XVII. 477. 509. 587.

Venio ad vs. 958, ubi exstat *egit* **emissam** *hastam in virum*. Quod *emittendi* verbum, tam crebro usurpatum ab aliis auctoribus ita, ut cum alium sensum habeat, tum eum, quem in nostro loco videmus = *herauswerfen*, *abwerfen*, *fortschleudern*, dicere dedignatus est Silius. Miraris autem de multis illis locis, quibus de iactatis vel dimissis *fulmine*, *hasta*, *iaculo*, *lampade*, *pilo*, *sagitta*, *saxo*, *sude*, *telo* etc. loquitur. En tibi in ordinem redegi:

agere cuspidem XVI. 60. *iaculum* IV. 568. *telum* XII. 240.

citare hastam IV. 538.

concitare hastam IX. 641. XIII. 209.

conicere cuspidem I. 550. *facem* X. 556. *ferrum* IV. 455. *hastam* IV. 348. *lampada* XIV. 306. *telum* VII. 584.

contorquere fulmen VI. 606. *hastam* IV. 134. 590. V. 403. XVI. 59. 585. *hastile* IX. 509. *iaculum* IX. 102. *ignes* VIII. 655. *missile* XIV. 437. *saxum* V. 299. *silicem* IX. 396. *spicula* II. 88. XIV. 337. XV. 521. *telum* XIII. 162. *trabem* IV. 284.

coruscare telum I. 434. X. 299. XVII. 534. *lampada* IV. 785.

crispare hastile VIII. 374.

detorquere hastam IX. 456.

dimittere sagittam VII. 660. *telum* XII. 406.

dirigere spicula III. 273. *tela* IX. 171.

effundere hastam XVI. 579. *molarem* I. 335. *nimbum telorum* IX. 312. *sagittam* XVI. 482. *telum* XIV. 378. 441. *telorum vim* XV. 764.

excutere ferrum II. 128. *cornum* I. 337. *saxum* I. 475. II. 135. *telum* VII. 657.

exigere discum XIV. 506. *telum* I. 307. *trabem* I. 642.

expellere iaculum XIII. 160.

fugare telum II. 91.

fundere glandem I. 314. *harundinem* XIV. 520. *hastam* XII. 26. 260. *telorum nimbum* XII. 176. *sagittam* VII. 647. XIII. 204. *spiculum* I. 326. II. 109. XI. 396. XIII. 211. XVII. 133. *telum* XI. 415.

iacere hastam IX. 129. XII. 652. XV. 754. XVII. 538. *lampada* IV. 695. *pondera plumbi* I. 524. *robur* II. 244. *saxa* IX. 468. *spiculum* IV. 612. *sudes et inania tela* VI. 559. *tela* XII. 675 (= fulmina).

iactare bipennem XVI. 56. *lampada* I. 320.

iaculari fulmen XIV. 479. *lampada* XIV. 305.

ingerere hastas II. 176. VII. 594. *tela* IX. 327.

inicere faces XIII. 691.

intorquere cornum II. 124. *iaculum* I. 305. V. 449. 577. XV. 794. *robur* IV. 542. *saxum* VII. 623. *tela* II. 323. V. 316. XV. 690. 741.

librare cuspidem I. 540. *falaricam* I. 351. *ferrum* IV. 455 *hastam* IX. 455. *pondera plumbi* I. 523. *sagittam* XIV. 398. *saxa* I. 317 X. 236. *securim* V. 293.

mittere hastam VII. 118. *telum* V. 523. VII. 630. XIV. 335 (hic *tela* est subaudiendum).

movere telum IX. 447.

perlibrare bipennem II. 190. *hastam* V. 321. XII. 404. *iaculum* XV. 695.

praemittere tela XV. 629.

premere cuspidem X. 141. *hastam* I. 545. VII. 613. XIV. 534.

propellere hastam XVI. 571.

remittere hastam XIV. 504.

rotare saxa XIV. 63. *telum* XVI. 54.

spargere calamos VII. 653. *taedas* IX. 599. *tela* V. 341. XI. 390.

superingerere tela XIV. 411.

torquere cornum XIII. 204. *fulmen* VII. 372. X. 362. *hastam* I. 387. VI. 248. XV. 373. *ignes* XIV. 421. *incendia* XIII. 565. *lanceam* I. 318. XI. 419. *pilum* IV. 631. *spicula* IV. 191. 559. X. 124. XII. 400. XIV. 377. XV. 669. *tela* I. 253. V. 629. VI. 265. XVII. 323.

vibrare hastam X. 113. XIII. 161. *spicula* II. 87. *sudem* VIII. 554. *telum* IX. 5.

emittere autem videtur esse unum cum *mittendi* verbo compositum, a quo abhorruit Silius. Legis enim:

admittere VIII. 143 et a. l., *amittere* IV. 242 et a. l., *committere* XIII. 155 et a. l., *demittere* V. 17 et a. l., *dimittere* I. 667, *immitere* III. 59, *omittere* XV. 317, *permittere* I. 316 et a. l., *praemittere* I. 344 et a. l., *promittere* VI. 518 et. a. l., *remittere* II. 137 et a. l., *submittere* IV. 411 et a. l., *tramittere* I. 472 et a. l.

vs. 973 **subvenit auxilium** mihi est afferendum. Non exstat in Punicis *subvenire* = *zu Hülfe kommen, beistehen.* Cuius verba ea synonyma, quae Silio placent, invenies sub coniunctione *ferre auxilium* p. 9.

Denique inter eas voces, quas pertracto, affero **funerare** vs. 1005 = *jemandes Bestattung veranstalten, jemand bestatten.* Ex iis phrasibus, quae infra sequuntur, intelleges Silio alia atque varia praestare ad idem exprimendum. Dicit:

adiungere tumuli honorem II. 265.

componere terra IX. 95. *componere* XI. 212.

conderet tellus ossa IV. 77. *membra* IX. 99. *cuncta tumulo* XV. 541.

constituere tumulum defuncto XIII. 715.

cremare tellure X. 544. *cremare* X. 553. XII. 693.

dare funera campo IV. 216. *membra sepulcro* XIII. 692.

decorare tumuli honore X. 521. *grato cinerem honore* II. 583.

donare exsequias animae et cinerem supremi muneris officio XV. 395.
ducere exsequias XVI. 306.
exsequi vanos ritus et sollemnia vulgi XIII. 460.
humandi deproperare munus II. 264 cf. XII. 478.
inhumatus V. 129. XIII. 445. XIV. 611.
reponere tumulo membra III. 439.
sepelire XIII. 480. 487.

III A.

Ea verba, quae aliud quoddam significant in Epitome atque in Punicis.

Atque primum quidem vs. 22 **praeferre** Iliadis Latinae auctor proprio sensu usurpat ita, ut valeat *vortragen*, *vor sich tragen.* Contra Silius in duobus locis, quibus legitur, ita adhibet, ut sit anteponere = *vorziehen:* VI. 137 *nec cuiquam Marus est non praelatus eques*, VII. 165 *nomen praeferre Falernis;* semel autem praepositione a verbo distracta dicit *prae se ferebat:* XV. 680 *prae se terrores Divumque ferebat honorem.* Videtur in portandi significatione simplex verbum *ferre* amasse, quod habet his locis:

I. 31. 99. 133. 142. 361. 386. 481. 484. 512. 601. 668. II. 12. 27. 271. 396. 679. III. 60. 135. 202. 231. 282. 358. 502. 566. 620. 638. IV. 124. 139. 282. 288. 324. 469. 814. V. 65. 240. 337. 366. 373. 445. 585. VI. 90. 599. VII. 79. 121 147. 301. 392. 445. 493. 539. 564. 635. VIII. 63. 158. 256. 287. 318. 330. 523, 674. IX. 87. 118. 199. 452. 518. 544. 546. 586. 617. X. 4. 93. 157. 207. 316. 334. 470. XI. 210. 278. 321. 479. XII. 10. 58. 75. 256. 280. 350. 443. 482. 676. XIII. 416. 764. 791. XIV. 193. 324. 491. 576. 581. XV. 65. 114. 231. 363. 391. XVI. 199. 206. 308. 332. 388. 390. 449 (bis). 524. 527. 583. XVII. 174. 249. 267.

portare his locis = *bringen:* I. 170. 313. 470. II. 600. 603. IV. 27. 214. 410. 664. V. 139. 168. 178. 267. 287. 324. 585 (bis). VI. 213. 322. VII. 704. VIII. 675. IX. 586. X. 353. 461. XI. 451. 482. 588. XII. 237. 294. 308 (*prae se*). 443. XIII. 97. 269. 462. XIV. 54. 492. 573. XV. 372. 813. XVI. 161. 542. XVII. 8. 296.

apportare XI. 81.

gerere I. 279. II. 158. IV. 153. V. 242. 647. VI. 664. VIII. 495. XII. 225. XIII. 202. XIV. 211.

gestare I. 626. II. 204. IV. 325. V. 340. VIII. 551. 673. IX. 114. 240. 449. X. 109. XI. 536. XII. 238. XIV. 276. XV. 404. 424. XVI. 242. XVII. 299. 622.

Venio ad verbum **excedendi**, quod legis vss. 24. 349. 643, in quibus locis vides habere sensum proprium = *herausgehen, sich entfernen.* Quodsi Silianum poema conferimus, *excedere* bis habet notionem transgrediendi translato sensu: XIII. 745 *decimum modo coeperat annum excessisse puer*, et XIV. 493 *hic aevo quamquam nondum excessisset ephebos* = *überschreiten*, semel significat translato sensu nostrum *aus dem Gedächtnis schwinden*: XV. 35 *graviorque palude Maeonius Stygia lacus excessere Padusque.*

Ad egrediendi autem notionem efficiendam variae elocutiones Silio in promptu sunt:

abire XV. 558. XVI. 490. *in nubes* IX. 553. *globo* XIII. 493. Hi sunt soli loci, ubi *abire* proprium habet sensum = *weggehen.*

abscedere XV. 558. XVII. 206. 209. *thalamo* VIII. 109. *pugna* IX. 552.

amovere se XVII. 224.

auferre se II. 173. XII. 739. XV. 752.

cedere I. 300. 555. II. 365. IV. 471. V. 378. VI. 39 (de vita corpus relinquente). XIV. 98. XVII. 543. 548.

concedere III. 628. XIV. 42. 562.

decedere VII. 716. X. 657. XVII. 610.

demigrare XII. 517.

deserere III. 287. IV. 27. 336. VIII. 96. XV. 481.

discedere III. 88. VI. 36. VII. 93. XVI. 302. 464. 572. XVII. 48.

discurrere XII. 608.

efferre se I. 427. VIII. 649. IX. 92. XIII. 133. XVI. 489.

effringere in urbes I. 647.

effundere II. 151. III. 241. 543.

egredi III. 128. VI. 576. 622. VII. 48. VIII. 189. XII. 205. XIV. 386. XVI. 231 (de Aurora).

emergere IV. 589. VII. 336.

emicare III. 85. IV. 470. VII. 376. XI. 482. XV. 158. XVI. 524.

enare IV. 596. XII. 95 (de volante Daedalo). 441 (de navibus). XV. 375.

erepere castris XV. 614.

erumpere II. 226. IV. 516. VIII. 644. IX. 9. XII. 439 (de mari). 491. 596. XIII. 156. 215. 865. XVI. 500. XVII. 508.

evadere VII. 611. VIII. 131. *castris* IX. 82. XII. 57 (de serpente). 150. XIV. 419. XV. 165. XVI. 523.

evolare IX. 499. X. 464. XII. 353. 457. XV. 571. XVI. 334.

evolvere se III. 48. VI. 218 *evolvitur* (de serpente). XII. 8 *evolvit membra cubili* (de serpente).

exire XII. 140. XIII. 227. XIV. 301. 454. XV. 710. *vita* XI. 188.

exsilire IX. 393. XVI. 481.

facessere urbe XI. 107.

ferre se castris II. 527.

ire castris X. 622.

linquere II. 97. 141. *pugnas* 197. 496. 498. III. 214. 428. 513. 536. IV. 334. V. 65. VIII. 344. X. 262. 440. XI. 315. XII. 90. 304. 535. XIII. 880. XIV. 463. XV. 245. 438. 480. *certamina* XVI. 112. XVII. 218.

moveri portis XII. 76.

procedere XVII. 569. *castris* VII. 525.

proferre se IV. 333. V. 26. X. 21.

progredi VI. 638. XIV. 357.

prorumpere II. 584 (de angue). XII. 5. 380.

prosilire IX. 102. XV. 210.

recedere I. 260. IV. 330 *pudor a mente*. VII. 728 *nox*.

relinquere III. 89. *Martem* V. 476. *castra* 531. 625. VII. 157. *castra* 407. VIII. 108. IX. 485. XII. 522. XIII. 349. XIV. 243. XV. 201. XVI. 291.

ruere ab imo IX. 557. *portis* XV. 626.

subire stabulis XVI. 231.

tendere castris III. 274. *a limite* IV. 105.

vs. 106 habet Homerus noster **residere** translato sensu, ita ut significet *sich legen, ruhig werden.* Silius autem proprium tantum sensum habet = *sich niederlassen, sich setzen* cf. II. 374. VI. 225. 251 (de telo emisso). VII. 132. XV. 507. 795 (de cuspide librata). XVI. 245. XVII. 359.

Notionem autem quiescendi sic declarat Silius:

cessare I. 175. II. 653. III. 6. 248. 401. IV. 692. V. 63. 515. VI. 477. 538. VII. 687. VIII. 627. 638. X. 408. 585. XI. 167. XII. 306. XIII. 279. 461. 518. XIV. 553. XV. 652. 733.

considere VIII. 333. XVI. 219. XVII. 291.

desinere X. 84 *irae.*

retundi VIII. 321 *fervore belli retuso.*

sidere X. 624 *sedere minae.* XIV. 265 *Naulocha pigra sederunt.*

stare IV. 44 *rerum curas consultaque belli stare probat.*

subsistere I. 582 *substitit ardor.*

quiescere VII. 253 *quierunt arma.* X. 258 *quiescunt umbrae.*

vs. 440 legimus **destrinxit** [1]) *acumine partes* = *er berührte, streifte.* Silius autem bis *destringere* cum *ensis* coniungit ita, ut sit *entblössen, ziehen,* cf. p. 41 meae dissertationis. Priore illo sensu stringendi haec verba in Punicis praedita sunt:

libare IX. 523 *libavit turbine cristas.*

mordere X. 118 *momordit cornus tegmina.*

perstringere IV. 352. VIII. 457. XV. 459. 757. XVI. 478.

praestringere I. 358. IV. 119.

---

[1]) Sic facile et recte correxit *distrinxit*, quod habent libri, Higtius.

stringere V. 25. VI. 352. XIII. 48. VIII. 299. XVI. 362.

vs. 469 exstat: *caelestemque manum* **mortali**[1]) *vulnerat hasta.* Hic *mortalis* activam habet notionem *totbringend*, cum apud Silium semper passive usurpetur (= *sterblich*): I. 85. II. 316. 338. 339. IV. 794. VII. 58. 284. 556. IX. 341. XI. 3. XII. 649. XIII. 284. 883. XV. 21. 57. 63. 72. 612. XVII. 188.

Quodsi priorem illum sensum exprimit, haec adiectiva ei in usu versantur:

letalis I. 286. II. 92. 124. 267. IV. 172. V. 326. VI. 154. 320. VIII. 639. IX. 256. X. 16. 198. XII. 123. XIV. 504.

letifer III. 191. VII. 606. X. 295. XIII. 612. XIV. 621. XV. 367. 429. XVI. 99. *letum ferens* XIII. 210.

mortifer X. 143.

vs. 511 legimus *occurrere* **comparat.** Silius huius verbi usum neque reflexivum neque transitivum habet = *herrichten, in Bereitschaft setzen, zurüsten*, quem invenis in Epitomes vs. 1047 *comparat exsequias.* Nec tamen silentio oppresserim uno loco *comparandi* verbum cum *par* adiectivo compositum exstare, ubi est *vergleichen* XV. 506. Ut videas quid Silio placeat, omnes locos collegi, quibus simplex verbum *parandi* transitive usurpatur: I. 136. 445. III. 582. IV. 705. 711. 824. V. 60. VII. 135. VIII. 117. 574. X. 492. XI. 88. 579. XII. 78. 208. 555. XIII. 59. XIV. 465. 583. 608. XV. 160. 199. 495. XVII. 61. 70.

apparare uno loco transitivum habet sensum XIII. 418.

Praeterea conferas velim ea, quae sub *funerandi* verbo collegi p. 32; de iis autem elocutionibus Silianis, quae nostrum valent *sich anschicken*, ea, quae ad *apparat* attuli p. 9.

Denique ad vs. 1013, ubi legimus **misso** *certamine* = *nachdem er vom Kampfe abgelassen, ihn aufgegeben hatte*, mihi est monendum *mittere* ita tantum Silium adhibere, ut sit *gehen, laufen machen* = francogalli-

[1]) cf. praeterea, quae de hoc adiectivo p. 18 disserui.

cum *faire aller*, nusquam ita, ut valeat *zulassen dass etwas geht, läuft = laisser aller.* Omnes autem locos, quibus *mittere* invenitur, collegi, ut iis inspectis tibi persuaderi possit. Exstat: I. 30. 292. 684. II. 511. III. 258. 345. 367. 373. IV. 79. 227. 368. 534. 740. 765. V. 213. 354. 489. VI. 40. 303. 348. 504. 711. VIII. 34. 221. 361. 379. 475. 569. 581. 594. 608. IX. 178. 229. X. 35. 309. XI. 128. 156. 391. 413. XII. 396. XIII. 101. 267. 326. 408. 509. XIV. 35. 156. XV. 206. 386. 424. 439. 821. XVI. 279. 370. 424. 468. 560. XVII. 422.

Ut autem eum sensum exprimat, qui in excitato illo loco inest, haec verba adhibet:

deponere curas XI. 569. *curam* XV. 633.

dimittere fugam VII. 108. *murmura* VII. 257. *Martem* X. 330. *bilingues socios* XVI. 157. *verbera* 344.

ponere Martem I. 160. *iras* II. 203. VII. 564. *formidinis aestus* II. 360. *frustrata litora* II. 460. *curam, curas* III. 711. VIII. 235. XI. 289. *proelia* IV. 397. *quidquid restat* IV. 540. *tela* VI. 676. *laborem* VII. 283. *spem* VIII. 95. *bella atque arma* VIII. 218. *lacrimas* IX. 350. *bellum, bella* X. 490. XVI. 3. *pectore robur* XI. 157. *conamen* XI. 367. *ritus vescendi* XI. 407. *volatum* XI. 470. *iras metusque* XIII. 71. *laborem terroremque* XV. 179. *terrorem* XV. 493. *odia* XVII. 463.

Quodsi ampliorem notionem, quae inest in *mittendo* in loco supra laudato respicimus *(= ein Ende machen)*, haec quoque verba digna sunt, quae afferantur:

compescere dolores II. 144. *minas* IV. 125. *iras* VII. 330. XI. 454. *arma* IX. 16.

comprimere fletus VI. 538. *fluctus curarum* VIII. 32. *odia* X. 490. *lacrimas* XV. 819.

expellere quietem XV. 548.

pellere metus III. 571. *formidinem* IV. 407. *moras* IV. 734. *timorem* VI. 592. *curas* XIII. 263.

III B.

Verborum coniunctiones, in quibus utendis diversitas aliqua inter Epitomen et Punica intercedit.

Primum quidem in vss. 6. 536. 572 velim attendas, in quibus **summus rex**, **aethereus rex**, **pater optimus** Iovem significat. Abhorret ab hac significatione Silius et haec praefert:

dator iustitiae rectique VI. 467.

genitor superum III. 2. *genitor* 558. 570. IV. 419 (ita Iupiter a Venere nominatur). XV. 200 (ubi de Scipione Iovis filio sermo est). *genitor divum* V. 70 VI. 618. XVII. 343.

Iupiter I. 137. 386. 417. II. 26. 115. 364. 484. 535. 674. III. 510. 630. 647. 667. 676. IV. 113. 126. 478. V. 168. 385. VI. 595. 600. 648. 693. VIII. 116. 256. 298. 344. 647. 668. IX. 308. 537. 542. X. 83. 108. 167. 339. 346. 363. XI. 84. 179. 293. 382. XII. 21. 56. 333. 605. 619. 635. 643. 656. 672. 691. 721. 743. XIII. 326. 512. 615. 631. 642. 841. XIV. 569. XV. 120. 364. 804. XVI. 262. 624. 666. XVII. 53. 175. 227. 268. 371. 479. 609.

omnipotens VII. 372. XI. 122. XVII. 386.

parens superum XV. 61.

pater III. 597. *caelestum* III. 137. *omnipotens* III. 163. *magnanimus* X. 438.

rector superum XII. 675.

regnator Olympi X. 351. *superum* XII. 623.

rex deum, deorum III. 217. XIII. 568. *superum* IX. 470. XVII. 499.

sator rerum IV. 432. *aevi* IX. 306. XVI. 665.

summus deorum, deum IV. 126. XII. 284. 643. XV. 362. *summum numen* XVII. 326.

Tonans I. 133. III. 649. IV. 550. VI. 84. 713. VIII. 220. 654. X. 54. XI. 85. 295. 321. XII. 48. 280. 517. 666. 722. XIII. 20. XV. 253. XVI. 145. 274. XVII. 655.

vs. 16 mihi est enotandum **egit noctem.** Quamquam enim *agere = hinbringen* de tempore dictum

non abest a Silio, vide III. 579 *agit tempora*, tamen apud vocem *nox* non invenitur. Haec verba illi placent:

consumere noctem III. 172. XI. 406.
ducere noctem I. 246. XI. 411.
pati noctem XV. 109.
trahere noctem XII. 21.

vs. 28 **secare ora** affero = *das Gesicht verwunden, ritzen* de iis usurpatum, qui in luctu sunt. Silius quidem ita non coniungit, quamquam *secare* non raro adhibet et sensu proprio et translato e. g. II. 159, ita ut sit *schneiden, abschneiden*; I. 357 ut valeat *durchlaufen, durcheilen*[1]). Exprimit autem Silius sensum illius phrasis ita:

asperare foedata genas IV. 776.
lacerare genas II. 560. *ora* 635. VIII. 154. X. 638.
liventia planctu pectora ostendens II. 669.
pulsare pectus XIII. 389.

Praeterea dicit de planctu maerentium II. 550. 646. VIII. 151.

vs. 73 legimus **nudato ense**, quod est *nachdem er das Schwert entblösst, gezogen hatte* et simile quoddam vs. 375 **eripit ensem vagina** et vs. 728 **mucrone recluso**. Has tres elocutiones idem fere valentes, quas mihi hic una afferre liceat, Silius usurpare dedignatus est; neque tamen putaveris eum raro *nudare* = *entblössen*, *eripere* = *entreissen*, *recludere* = *eröffnen, erschliessen* dixisse, nam inveniuntur alio conexu:

nudare II. 42. III. 526. 640. IV. 337. VII. 658. VIII. 503. IX. 88. X. 605. XI. 320. 419. XII. 315. 599. 715. XIV. 452. 689. XV. 379. 658. 697. XVI. 270. XVII. 248.

eripere II. 564. III. 56. IV. 397. 423. V. 212. 589. VI. 70. VII. 404. 430. VIII. 84. IX. 27. 36. 238. 380. 430. 432. 501. X. 57. 328. XI. 174. 237. 281.

---

[1]) Plures locos inspicere tibi licet ex indice Ernestianae editioni adiuncto, qui quod plenus non est, valde est dolendum.

362. 384. XII. 506. 561. 635. XIII. 627. XIV. 132. 625. XV. 547. 590. XVI. 391. XVII. 116. 378.

recludere I. 19. 120. VII. 237. XIII. 216. 406. 424. 479. 523. 588. 864. XIV. 522. XV. 330.

Alia autem ei placent ad exprimendum nostrum sensum:

citare ensem IX. 592.

corripere ensem I. 166. VIII. 52. *bipennem* V. 499.

coruscare mucronem XVII. 459.

destringere ensem XVI. 529. XVII. 164.

detegere vagina strictum ensem XIII. 168.

ducere ensem vagina VIII. 342. *d. e.* IX. 314.

educere ensem vagina XIII. 442.

movere ensem II. 22.

rapere bipennem II. 201. *securim* II. 622. *ensem* X. 429.

stringere ensem, mucronem, securim IV. 418. VI. 694. VIII. 341. IX. 119. X. 334. 432. XII. 651. XIII. 168. XV. 796. XVII. 545.

urgere mucronem X. 25.

vs. 130 **ignea lampas** pro Sole dicitur. Hae duae voces ita coniunctae semel I. 359 de fulmine a Silio usurpantur, sed ita, ut verbis *fulminis ritu* vs. 356 antecedentibus, de qua re sermo sit, appareat. Neque vero ad Solem significandum ad vocem *lampas* id, quod rem claram reddere possit, addere omittit: cf.

Solis lampas VI. 157. VII. 143.

Phoebea lampas X. 111. XII. 731 (ubi ex insequenti versu *Phoebea* subaudiendum est). *Phoebi* I. 193.

primaque rubescit lampade Neptunus XII. 575.

attollens lampada Titan XII. 648. *Hyperionia lampas* XV. 214.

vss. 139. 615. 755 excitandum mihi est **integrare animum** = *den Mut erneuern, wiederherstellen,* ad quod iam hoc loco addo id, quod similem habet sensum, **firmare animos** = *den Mut stärken, stählen, ermuntern, ermutigen* vss. 497 et 664. Atque *integrandi* quidem verbum in universum Silio in deliciis fuisse non videtur. Semel enim inveni XII. 680 *integrare*

acies, de renovanda pugna dictum. Saepius exstare video *firmare* quod est

a) augere, confirmare IX. 235,

b) tutum reddere proprio et translato sensu I. 291. III. 633. VIII. 448. X. 412. XVI. 169. 260,

c) aliquid verum esse probare IV. 127. IX. 62.

Ad eum autem sensum exprimendum, qui inest in utraque illa elocutione, his verbis utitur:

accendere I. 185. 345. 493. IV. 58. *in proelia* 170. 274. 644. V. 105. 211. 258. 305. 339. 558. VIII. 260. *pugnas* 490. *hortando in hostem* 610. 633. XII. 351. *Martem* XV. 594. XVI. 330. 459. 699. XVII. 293. 443.

acuere I. 113. 559. V. 228. X. 606.

agitare I. 146 *hortatibus* XII. 68. XVI. 26.

alere animos XI. 556.

arrigere II. 295. VII. 98. XV. 133. XVII. 456.

attollere hortando I. 105. 613. XIII. 301.

augere hortando I. 520. XII. 379.

ciere IV. 272. VIII. 312.

dare mentem XI. 609. *animos* IX. 547. XVII. 113.

erigere XII. 84. 298. XIII. 188. XIV. 356.

exacuere VII. 142.

exagitare I. 346. II. 296. XVI. 541.

exhortari XVII. 330.

exstimulare I. 33. V. 218. IX. 594. XVII. 325.

flammare I. 55. XI. 226. XII. 680. XIV. 287. XV. 560. XVI. 303.

fovere corda hortando III. 505. *agmina* IV. 39. *iras* V. 225.

furiare V. 339. VII. 617. XI. 132. XIII. 279. XIV. 280. XVII. 294.

hortari I. 105. 521. 565. II. 254. III. 505. V. 218. VII. 347. VIII. 610. IX. 245. X. 333. XI. 59. 603. XIII. 186. 397. XIV. 524. XV. 574. *in pugnas* VIII. 204.

implere pugnae amore III. 714. *hortatibus* V. 150. VIII. 29.

incendere II. 36. 41. IX. 244. *pugnae amore* IX. 37.

instimulare II. 543.

renovare se VIII. 324. *in bella* VI. 641.
revocare mentes IX. 487. *animum* XVI. 13. *iras* XIV. 671.
stimulare I. 245. 346. II. 149. 355. III. 139. 253. *in arma* 649. *animos* IV. 501. 729. V. 312. VI. 256. *in arma* 586. VII. 213. 349. 710. 717. VIII. 234. 426. IX. 184. 292. 394. X. 332. XI. 557. XII. 466. 589. XIV. 242. XVII. 458.

Tum non inutiliter afferuntur haec verba, quae quamquam per se non valent adhortari, sim., tamen contextu verborum prope ad hunc sensum accedunt:
agere in certamina V. 224. *in hostem* IX. 563.
armare in hostem VI. 637. *ad proelia* XII. 655. *in proelia* XIV. 545.
ciere in pugnam IV. 272. *ad arma* VII. 42.
excire ad arma V. 192. *in arma* IX. 182. *ad bella* IV. 659 (de undis).
formare bello VIII. 548. *ad certamina* XVI. 204.
vocare in bella II. 452. XII. 345. XVI. 53. *ad discrimina* IV. 67. *in pugnas* IV. 315. *ad bella* VII. 103. IX. 647. XII. 289. *ad proelia* IX. 216. *in arma* XII. 684.

Sequuntur **se recipere** vss. 255 et 289 atque **terga referre** vs. 259, quae sunt *sich zurückziehen; recipere* plerumque apud Silium *aufnehmen* significat ut II. 679 et a. l., semel valet *zurückziehen* in elocutione *recipere gressum*, ut infra videbis. *Referendi* quoque verbi usus rarus non est in Punicis. Illas vero elocutiones ipsas non habet; immo:
abscedere retro X. 17.
cedere IV. 322. 450. 463. 471. 472. V. 84. VI. 310. VIII. 1. XI. 240. XII. 311. 624. 725. XIII. 44. 171. 695. XV. 724. 742. XVII. 204. *retro* IV. 275. VI. 239. *retrorsus* XI. 513.
convertere terga IX. 413. XIII. 677. XIV. 560. XVI. 676. XVII. 539.
dare spatium IV. 275. *terga* III. 507. IV. 114. 616. V. 557. VI. 243. 254. 328. VII. 499. X. 655. XI. 526. XII. 289. 291. 329. 499. 678. XVI. 676. XVII. 539. *viam* I. 465.
nudare terga fugae XVII. 445.

rapere vestigia retro VII. 622.

recipere gressum VI. 618.

referre cursum VIII. 89. *gradum* X. 17. *gressum* VI. 499. *pedem* IX. 465. X. 239. *se* IV. 52. VII. 408. XV. 707. *signa* IV. 404. 782. VII. 742. VIII. 8. X. 382. XII. 631. XIII. 11. XV. 80.

ruere retro IV. 74.

tendere retro cursum X. 73.

vertere IV. 313. VI. 327. *signa* XVII. 200. *terga* II. 703. IV. 331. VII. 402. 680. IX. 31. X. 26. 288. 381. XII. 207. XVII. 149. 363.

vss. 300 **rigido** *ferro*, 360 *rigido ense*, 590 *rigidos enses*, 977 *rigida cuspide* scriptum videmus. Hoc adiectivum *rigidus* tam rarum est in Punicis, ut in tribus locis exstet: IV. 394 *rigida hasta*, XIV. 484 *rigido rostro*, XV. 378 *rigidis palmis;* quorum primus tantum cum quattuor exemplis Epitomes in comparationem vocari potest. Quam multa autem et varia sint adiectiva ad *bipennis*, *cuspis*, *ensis*, *ferrum*, *mucro* aut illustrandi aut ornandi causa a Silio apposita, ex his a me collectis tibi videre licet:

adversus IV. 207 IX. 626, *Aetnaeus* IX. 459, *ater* IV. 619, *Ausonius* IV. 611, *bellator* XIII. 376, *bene cognitus* XVII. 395, *brevis* III. 234. VIII. 376, *corusius* II. 242, *cruentus* XII. 272, *cunctans* II. 615, *dubius* IV. 188, *expertus* XII. 384, *exspectatus* X. 301, *falcatus* III. 278. VIII. 585, *ferus* VI. 581, *fragilis* V. 295, *fulgens* II. 666. V. 452, *gravis* IV. 238, *habilis* VIII. 376, *hic* VI. 133. XI. 320. XVI. 461, *impius* I. 10, *infaustus* II. 606, *infestus* II. 260, *insanus* IX. 314, *inutilis* X. 317, *invisus* X. 563, *Massylus* V. 413, *medius* XIV. 175, *notus* VII. 327, *nudus* I. 219, *pervius* X. 249, *Phrygius* I. 91, *plenus rubigine* VII. 535, *primus* V. 450, *procerus* IX. 329. XV. 813, *Punicus* II. 567, *rapidus* X. 147. XV. 353, *sacer* XIV. 490, *saevus* XII. 386. XIII. 284. XVII. 459, *siccus sanguinis* VII. 213, *Sidonius* V. 474, *totus* X. 260, *truncatus* VI. 79, *Tyrius* X. 419, *vester* IX. 198.

Quoniam hic de epithetis agitur, fortasse non est iniucundum reliqua ad *ensis* etc. in Iliade Latina

apposita cognoscere: *cruentus* vs. 492, *fortis* vs. 445, *horridus* vs. 955, *infestus* vs. 459, *rigens* vss. 302 et 829. Quarum vocum desunt in Punicis apud *ensis* etc.: **fortis, horridus, rigens.** De adiectivo *fortis* plura mihi monenda esse existimo. Primum quidem tam crebro non legimus, quam exspectabamus. Ut enim in parva Epitome decies octies invenitur, appositum ter ad *arma* vss. 415. 463. 855; semel ad *clipeus* vs. 592, *cuspis* vs. 445; quater ad *homines* vss. 215. 486. 818. 820; semel ad *ictus* vs. 288, *lacertus* vs. 127, *manus* vs. 362, *membra* vs. 648, *os* vs. 342, *pectus* vs. 134, *vinculum* vs. 310, *vulnus* vs. 370; ita in Punicis decies septies, atque semel ad *ausum* III. 179, *cervix* XIII. 373, *corda* X. 519, *dextera* IV. 674. XVII. 262, *equus* VII. 6; decies bis ad *homines* vel *gentes* V. 296. 652 (ad *umbrae*). VI. 118. VII. 329. 710. VIII. 212. 462. XIII. 38. 669. XVII. 311. 492 — nunquam vero ad *arma*, *ictus*, *os*, *membra*, *pectus*, *vinculum*, *vulnus*, ita ut sit *stark*, *dauerhaft*. Haec autem Silio placent adiectiva ad

arma: *ambiguus* XI. 10, *ambustus* XII. 627, *caelestis* IX, 558, *calens caede* II. 21, *captivus* XI. 489, *cautus* XIV. 187, *concussus* II. 212. XII. 183, *confertus* IV. 158, *culpandus* II. 46, *cunctus* XVII. 517. *Dardanus* XVI. 258, *dotalis* XVII. 75, *ferus* V. 114, *flagrans* III. 117, *fulgens* XI. 517. XV. 551, *gravis* XI. 588, *haerens in morte* XIII. 693, *horridus* I. 517, *hostilis* XV. 435, *impius* I. 74. III. 501, *infelix* XV. 378, *ingens* IV. 296, *iniquus* XII. 426, *iunctus* X. 93, *iuvenilis* II. 312, VIII. 291, *Latius* I. 567, *laxatus luctu* XV. 378, *letalis* X. 16, *levis* V. 30. 557, *lunatus* II. 76, *Massylus* XVII. 173, *meus* XVI. 92, *niveus* IV. 545, *nocturnus* XV. 293, *notus* I. 519. IX. 107. XIII. 700, *novus* VII. 97, *obvius* IX. 272. XIII. 217, *omnis* XVI. 17, *par* IX. 357. XIV. 526, *patrius* II. 352. XVII. 389, *perfossus* XVI. 107, *pictus* VIII. 468, *Polydamanteus* XII. 212, *postremus* V. 131, *primus* V. 580, *prosper* XV. 365, *Punicus* X. 420, *rabidus* VII. 253, *radians* XII. 561, *rapidus* V. 98. XII. 482, *raptus* I. 618, *recens* XV. 260. 601, *rediens* XVII. 379, *repetitus* XIV.

153, *rutilans* I. 477, *saevus* IV. 254. X. 311, *socius* VII. 564. VIII. 404. XIV. 193, *stipatus umbonibus* X. 75, *strepitans* IX. 280, *subitus* VII. 61, *suus* XV. 818. XVI. 640, *Therapnaeus* XIII. 43, *Thessalus* XV. 278, *torrens* XVI. 214, *tot* XI. 210, *Troius* XIII. 65, *varius* XIV. 278, *vetans pugnam* IX. 261.

ictus: barbaricus X. 225, *creber* V. 502. VII. 625, *durus* IV. 108, *frustratus* II. 247, *gravis* V. 359, *incautus* II. 98, *incertus* V. 297, *letalis* V. 326. X. 198, *letifer* VII. 606, *penetrans* IV. 614, *pronus* I. 491, *rapidus* I. 360. II. 125, *sufficiens irae* X. 297, *validus* IX. 455, *vanus* V. 570.

os (lingua, vox): aeger XIII. 718, *amicus* XVII. 344, *ater* VI. 68, *attonitus* VII. 659, *canorus* VIII. 249, *cruentus* V. 331. X. 241, *ferox* V. 382. X. 106, *ferus* IV. 541, *furibundus* II. 43, *maestus* I. 633, *mitis* IX. 542, *notus* XIV. 165, *procax* VIII. 250, *resupinus* X. 142, *saevus* IX. 334, *superbus* III. 247. XI. 581, *talis* XIII. 796, *torvus* XII. 552, *totus* II. 208, *trux* I. 66. 132. III. 305. VI. 658, *turbatus* XIII. 696, *unus* IX. 343.

membra: candidus IV. 204, *exiguus* VI. 305, *flammeus* XII. 727, *fluitans* II. 310, *fumans* I. 361, *furens* XII. 183, *immanis* IV. 149. XIII. 239. XVII. 415, *incitus* II. 248, *ingens* V. 112, *lacerus* XII. 365, *languens somno* XI. 420, *Martius* V. 278, *par* II. 525, *torpens* XII. 19, *velox* II. 212. XVII. 537, *vividus* VII. 64.

pectus: adversus V. 594. XV. 382, *altus* IV. 294. X. 306, *angustus malis* XI. 171, *anhelus* XII. 418. XVI. 392. XVII. 557, *anxius* II. 285, *arcanus* I. 140, *armatus fide* XI. 206, *constans* XI. 243, *cruentatus* XIII. 825, *devius recti* VIII. 318, *duratus bellis* XI. 484, *egregius* VI. 131, *fecundus poenarum et irae* II. 540, *flammatus* XIV. 120, *habitatus Gradivo* XV. 337, *hirtus* V. 450, *immitis* I. 168. V. 207, *inanis Deorum* II. 309, *latus* IV. 417, *malus* X. 422, *Mavortius* XV. 4, *meus* XIII. 667, *mobilis* XVI. 147, *mortalis* XV. 612, *niger* V. 222, *noster* XIII. 770, *nudatus* XV. 379,

ovans II. 521, *pius* XVI. 582, *placidus* XII. 201, *puerilis* I. 80, *sacratus* XV. 121, *secretus* II. 480, *sedatus* XI. 261, *semiferus* IV. 279, *tacitus* XI. 311, *talis* X. 279. 288, *tantus* XIII. 787, *undans felle* XI. 551, *violentus* XIV. 224, *villosus* V. 441.

vulnus: altus IX. 155, *ater* IX. 173, *durus* VI. 78, *fraternus* V. 344. 428, *geminatus* I. 168, *gravis* IX. 594, *infestus* I. 397. V. 251, *irritus* IV. 17, *laceratus* II. 562, *letalis* I. 286. II. 92. IV. 172. IX. 256. XIV. 504, *letifer* X. 295, *levis* VI. 422. 580, *manans* I. 563, *medicabilis* X. 416, *medius* I. 174, *miserandus* XIII. 827, *multus* IV. 233. 598. VI. 57, *parcus* XVI. 111, *pulcher* V. 594, *repetendus* VI. 320, *saevus* IV. 109. XVI. 544, *secundus* VI. 291, *Sidonius* IX. 104, *subitus* II. 129, *undans* X. 240, *unus* V. 112. XV. 579, XVII. 305, *vastus* VI. 275, *vicinus* V. 235.

Praeter *fortis* igitur, ut ex hac collectione conspicere tibi licet, **tristis**, quod legimus Epitomes vs. 450 et **ingens** vss. 748 et 809 ad *vulnus* Silius non apponit.

Hic mihi liceat differentiam Iliades Latinae et Punicorum apponere, quae mihi observatis adiectivis ad *bellum*, *discrimen*, *Mars*, *proelium*, *pugna* adiectis occurrit. Ad has voces adhibita non video in Silii poemate adiectiva **funestus**, **horrendus**, **tumidus**, quae leguntur vss. 485. 521. 352. 925. 390 Epitomes. Ille haec apponere amat:

acer XII. 420, *adversus* X. 1. XV. 577, *aequoreus* XV. 259, *aequus* V. 233. VI. 16. XII. 422, *Africus* XVI. 180. XVII. 11, *alius* IX. 435, *ambiguus* II. 393, *anceps* XV. 132, *anhelus* II. 430, *ater* III. 211. XVII. 599, *Ausonius* XV. 290, *avidus* XII. 457, *avius* IX. 645. XVI. 5 (de tauro), *barbaricus* XIII. 743, *celer* I. 677, *clarus* XVII. 329, *communis* XV. 346, *conductus* V. 196, *consimilis* X. 36, *crudelis* X. 272, *cruentus* XI. 131. 377, *cunctus* XIII. 512, *cupitus* IX. 333, *Dardanus* IV. 735, *deploratus* VII. 222, *dirus* VI. 227. VIII. 302. XVII. 398, *diversus* IX. 485. X. 91, *dubius* VII. 271. XV. 823, *durus* III. 352. XVII. 572, *exitialis* XI. 563, *externus* II. 148, *faustus* V. 664. VIII. 307. XI. 378. XII. 297. XIV. 40, *ferox* V. 467, *ferus* I.

266. II. 152. III. 605. IV. 357. VII. 472. X. 428. XIV. 155. XV. 131. 667. XVI. 47. XVII. 384, *fervidus* VIII. 11, *flagrans* I. 435, *furens* VII. 571 (de ventis), *furialis* VIII. 411, *futurus* I. 68, *geminus* IV. 566, *Hiberus* XV. 2, *horridus* I. 630. X. 88. XIII. 451, *immanis* XV. 16, *impius* IV. 47. XI. 28, *improbus* XV. 673, *inanis* I. 69. X. 127, *incertus* III. 89. VI. 333, *infaustus* I. 457. II. 388, *infidus* XIV. 266, *ingens* X. 483. XIV. 340. XV. 653, *iniquus* X. 546, *iniustus* I. 539, *inopinus* X. 188, *insanus* VI. 6, *Italus* XII. 410. XIII. 885, *iuratus* I. 649, *laetus* XIII. 135. XVI. 471, *laevus* V. 660, *laturus exitium* I. 110, *Laurens* III. 83. VIII. 600, *lentus* XIII. 772, *longinquus* XIII. 359, *longus* IV. 622. X. 327. XVI. 681, *Lydius* XIII. 828, *magnus*, *maior*, *maximus* I. 272. III. 204. IV. 74. V. 663. VIII. 300 X. 370. XII. 314. 703. XIII. 876. XV. 126. 489, *medius* I. 12. II. 13. IX. 370, *mille* XIII. 150, *minor* IV. 266, *miserandus* V. 517, *multus* VI. 316. VIII. 303, XIV. 608, *noster* IX. 214, *notus* XVII. 584, *novus* IV. 575. XI. 216. XV. 360. XVI. 10. 612. XVII. 522, *nudus* VI. 46, *nullus* VII. 246. IX. 216, *oblatus* IX. 433, *obliquus* XVI. 54, *Oenotrius* II. 57, *omnis* VI. 25. 210, *optatus* XI. 520. XVI. 81, *par* II. 389. IX. 349, *parvus* XII. 77, *perfidus* XV. 816. *pius* XV. 162, *Poenus* VIII. 581, *postremus* I. 423, *pravus* VII. 585, *primor* XI. 143, *primus* I. 33. II. 358. X. 574. 590. VII. 105. IX. 282. XIII. 729. XIV. 125. XVI. 313. 340, *priscus* XII. 291, *properatus* XII. 484, *properus* IX. 8 *propior* III. 714. V. 442. 609. IX. 611. XV. 6, *prosper* VII. 13. XV. 517, *publicus* VII. 60, *pulcher* IV. 67. V. 558, *Punicus* I. 621. VI. 65, *rabidus* XVI. 410, *rapax* XI. 571, *rapidus* XIV. 132. XV. 301, *redivivus* X 257, *Romanus* I. 80. 479. II. 452, *saevus* I. 143. II. 555. VII. 705. X. 86. 105. 379. XII. 208. XV. 118. 154. 381, *sequens* I. 346, *Siculus* XIV. 154, *sociatus* XIV. 157, *spectatus* V. 567, *speratus* VII. 532, *subitus* IV. 10. VI. 327, *supremus*, *summus* XIII. 689. XVI. 519, *surgens* I. 686, *tantus* I. 338. IV. 673. V. 519. X. 234. XIV. 148, *terrestris* XIV. 521, *tertius* VII. 492. *Titanius* XII.

725, *tot* VI. 474. XI. 345. XIV. 639, *totus* VII. 252. XII. 454, *tristis* VI. 286. VII. 661. VIII. 203. XVI. 218, *trux (nubes belli)* XII. 334, *tuus* XV. 801, *ultrix* II. 423, *urgens* VI. 265, *varius* V. 393. 458, *velox* XV. 663, *vicinus* VII. 41.

Quodsi haec ad *bellum* etc. adiectiva percensebis, neque varietatem a Silio abiudicare poteris et cum Leone Cholevius consenties, qui in dissertatione inaugurali illius proprium esse constituit[1]), quod in epithetis magnopere variaverit et distinxerit (cf. p. 32). Imprimis monendum est „apposita prorsus otiosa apud eum non inveniri“.

Eo magis est mirum, quod ne semel quidem *funestus*, *horrendus*, *tumidus* adiecit ad *bellum* etc. De usu autem horum adiectivorum monitum volo *funestus* quater in Punicis exstare, semel ad *sacra*, *malum*, *campus*, *dies* appositum II. 297. VI. 80. VIII. 259. XI. 575, *horrendus* undecies a me esse inventum (quater interiectionis loco), *tumidus* denique in sex locis significare mare vel fluvium vi elatum IV. 167. VII. 243. 481. IX. 291. X. 208. XVII. 240, duobus in locis ad adiectivum *superbus* notione accedere XI. 25. 69, semel denique de vasta cervice monstri cuiusdam usurpari VI. 233.

Vs. 346 aliquid eximii habet neque in Punicis legitur **turbare foedera** = *das Bündnis brechen*. Atque plane diversa elocutio Silio placet idem exprimere cupienti, quamquam non raro *turbare* invenitur et proprio et translato sensu, ut ex his locis inspectis intelleges: I. 37. 66. 169. 255. 271. 518. II. 199. 329. 529. 535. 580. 642. 672. III. 174. 188. 428. 504. 572. 635. IV. 1. 83. 107. 243. 335. 562. 706. V. 211. 345. 376. 498. VI. 578. 642. VII. 150. 221. 254. 652. 694. VIII. 289. 351. IX. 1. 281. 388. 438. 462. 561. X. 53. 92. 214. 338. 450. 509. 632. XI. 132. 139. 191. 449. 605. XII. 62. 267. 336. 502. 604. 701. XIII. 449. 696.

---

[1]) Leo Cholevius: de epithetis ornantibus, quibus utitur Vergilius, cum iis comparatis, quibus posteriores epici Latini, maxime quidem Silius, carmina sua distinxerunt, Regim. 1865.

831. XIV. 497. 678. XV. 182. 437. 560. 670. 729. 759. XVI. 561. 642. XVII. 160. 245. 353. 605.

Silius haec praefert, cum foedus violatum esse declarat:

abrumpere foedus I. 296. II. 451.
calcare foedus III. 85.
corrumpere foedus XII. 303.
frangere foedus XVII. 350.
polluere foedus VI. 323. XVII. 87.
rumpere foedus I. 268. 648. II. 297. 494. 700. XI. 5. 562. XIII. 100. 284. XVII. 131.
solvere foedus XVII. 74.
temerare foedus XI. 161.
violare foedus II. 377[1]).

Tum fortasse non sunt indigni qui conferantur nonnulli loci Siliani, in quibus simile quoddam exprimi videmus:

abrumpere fas II. 293.
frangere conventa patrum I. 10.
resolvere pacis iura XVII. 78.
rumpere fidem III. 1. XI. 12. *fas fidemque* XVII. 70.
temerare fidem XIV. 83.
turbare fidem III. 416.
violare pacem VII. 40. *iura* XI. 160.

Vides omnibus his locis *turbandi* verbum non exstare nisi semel III. 416. Sed aliquid interest inter *turbare foedus* et *turbare pacem* (ut nos dicimus *den Frieden trüben)*, quae elocutio nihil eximii habet.

Nunc vs. 359 mihi est enotandum *telorumque* **volant** *cunctis ex partibus* **imbres** et vs. 743 **volat** *undique* **nubes** *telorum*. Coniunctum enim verbum *volandi* cum vocibus *imbres* et *nubes* Silius non exhibet, quamquam non raro de nubibus et imbre ingruentibus in eius carmine agitur neque imagines ad telorum multitudinem adumbrandam repudiantur. Legis:

condere: conditur telorum nubibus aether II. 37, *condebant iaculis aethera nubes* XVII. 66.

---

[1]) Hic versus, qui deest in optimo codice Coloniensi teste Modio, spurius putatur a Thilone et Bauero.

effundere: nimbus telorum simul effusus IX. 312.

ferre: ferri nubem videt XII. 168, *nimboque feruntur aethereo similes* XV. 368.

fundere: *imbre recens fuso* III. 474, *funditur pilorum nimbus* V. 214, *nubes densa funditur* VI. 338, *Macae fudere volucrem telorum nubem* IX. 11, *telorum fundit nimbum* IV. 580, *fundite telorum nimbum in campum* XII. 176.

ingruere: saxeus imber ingruit XIII. 181.

involvere: involvunt atra telorum moenia nube I. 311.

premere: telorum nubibus premit hostem VII. 595.

ruere: nimbo ruente V. 656, *grando saxorum ruit* IX. 579, *ruerent cum grandine nimbi* XII. 22.

subtexere: densa nube subtexere polum IV. 553.

trahere: traxere per aethera nubem XVII. 408.

volvere: *pulveream volvens nubem* XIV. 210.

volare autem et *volitare* Silius crebro de celeriter ingrediendo e. g. IV. 516. XVII. 545 et de telis emissis usurpat IV. 136. X. 124. XV. 631. XVI. 587. XVII. 135.

vss. 361 et 371 mihi sunt enotanda **lumina linquere** et **carpere herbas** = *sterben,* quamquam et *carpendi* et *linquendi* verbum ille tam crebro adhibet, ut chartam consumam, si omnes locos enumerare velim. III. 343 et VII. 299 autem laudaverim, ubi proprio sensu *carpere* adhibitum est = vesci et II. 458. V. 591. XIII. 627, ubi est absumere, delere, necare. Elocutiones autem quae idem significant, sunt plurimae apud poetam nostrum.

accipere caedem IV. 141. *mortem* V. 529.

appetere tellurem V. 526. *arva* IX. 384.

apprendere tellurem XVII. 264.

cadere I. 333. 410. II. 19. 148. 177. 549. 636. 649. 705. III. 341. IV. 198. 394. 426. 511. 545. 555. 627. 637. V. 300. 422. 516. 550. 658. VI. 112. VII. 60. 225. VIII. 666. 670. IV. 14 (bis). 313. 426. 507. X. 28. 38. 164. XI. 53. 252. 258. 529. XII. 333. 385. XV. 390. 449. 657. 721. 723. XVII. 261. 300. 307. 515.

componere lumina V. 529.

concidere II. 142.

condere lumina X. 154. XII. 250.
defungi VI. 670. IX. 259. XIII. 714.
descendere Erebo XIII. 759. *ad manes* XVII. 268.
dimittere vitam II. 259. XVII. 266.
discedere (spiritus in auras) XIII. 647.
dispergere vitam IX. 167.
efflare vitam XVII. 557.
effundere vitam VII. 678. *animam* XIV. 631.
effugere (spiritus in auras) XVI. 546.
evadere (anima in auras) X. 578.
exhalare lucem X. 154. *vitam* X. 456.
exire vita XI. 188.
exspirare V. 332. 527. XIII. 233.
exundare (spiritus) V. 455.
ferre membra ad undas II. 707.
fugere (anima per auras) V. 642.
fundere vitam XV. 236.
interire XIII. 530.
intrare penates VI. 488. *manes* X. 289. *Stygias tenebras* XIII. 625.
labi in Tartara X. 264.
linquere (ora spiritus) VI. 52. *(spiritus artus)* VI. 126. *vitam* XI. 440.
mittere mentem sub Tartara VI. 40.
obire X. 37.
occidere II. 567. IV. 235. 593. VII. 609. X. 202. XII. 478. XVI. 291.
occumbere I. 143. 417. II. 366. IV. 200. 289. V. 261. 402. 464. 540. 562. IX. 408. X. 44. 151. XII. 645. XV. 709. XVI. 106. 543. XVII. 266. 494.
oppetere mortem XII. 549. *letum* XV. 336.
ponere (lucem membra) XIII. 473.
procumbere V. 454. VIII. 669. IX. 367. X. 314. XVI. 340.
reddere vitam V. 112. *animas* XVII. 501.
relinquere (vita) V. 374. *animas* XII. 386.
signare gramina XV. 380.

perire atque *mori*, quae verba ipsa quoque sunt *sterben*, creberrime a Silio usitata omisi.

vss. 384. 482. 785 **manare** de tellure usurpatur, quae sanguine occisorum fecunda est = *triefen*, vs. 482 **madescere** de eadem re. Contra Silius, ut hanc vocem omnino non exhibet, illam de re allata non adhibet. *Manare* autem aliis in rebus sat crebro exstat, ut ex his locis cognosces: III. 108. IV. 754. V. 278. 528. 651. VI. 237. 709. VII. 678. 709. VIII. 647. IX. 174. 399. X. 106. 176. 245. 277. 543. XI. 13. XIII. 407. XIV. 599. XV. 428. XVII. 99. 215.

Atque nunc sequitur eius sermo in illa re significanda:

altam sanguine vallem V. 667, *bibant cruorem tellus* XVI. 216. XVII. 413, *fecundat sanguine campos* XIV. 130, *fluit sanguine vallis* V. 431, *imbueret fines Latios sanguine* IV. 77, *lavimus Hennaeas valles* II. 304, *maculavit sanguine ripas* II. 6, *madent campi vallesque* XVI. 105, *mersum sanguine campum* I. 51, *natant arva* (sc. cruore) IV. 162, *natant stagna cruore* XII. 673, *perfundere cruore terras* XVII. 438, *rubet latus aequore limes* I. 267, *rubescit perfusa cruore tellus* IV. 205, *saturavimus agros sanguine* XI. 568, *sorbet cruor vestigia turmae* IV. 163, *sorbentes Latium campi* (de ruina Paulli ad Cannas) X. 268, *spargit taetros a sanguine rores humo* IV. 165, *spumantes sanguine ripas* VI. 706, *stagnantia regna sanguine* XII. 43, *stagnantem caede terram* VI. 36, *stante cruore soli* X. 463, *videri non potest tellus sanguine operta* IX. 325.

vs. 631 legimus **posthac extemplo**[1]) = *gleich darauf*, quas particulas ita non copulat alter auctor. Operae autem pretium est conferre in Punicis:

mox deinde XI. 385. XIII. 850. *nunc deinde* V. 103. *tum deinde* XI. 409.

Particulas *posthac* inveni II. 569. VI. 430. IX.

---

[1]) Hic dubitari potest, quid carminis scriptori placuerit. cum libri inter se discrepent: cod. L. praebet deperditum *hec*, pro quo cum Baehrensio *haec* conicere licet collatis vss. 563 et 854, cod. F. exhibet *hoc*, quod stare potest cf. vs. 521. Mirum est quod L. Mueller in textum inseruit *posthac* nullo additamento adiecto, quasi insit in libris.

63. 346. X. 235. XI. 118. XVII. 382, *extemplo* II. 37. III. 3. 220. V. 380. XII. 731. XVII. 46. 241.

vs. 642 legimus **accommodare aures** = *jem. Gehör schenken* et **accommodare animum** = *jem. gehorchen.* Hoc verbum *accommodandi* Silius bis tantum habet: V. 146 *Hic ensem lateri dextraeque accommodat hastam* et IX. 219 *curvis accommodat ripis* (de milite acie instructo). Attendendi autem notionem sic exprimit Silius:

advertere mentes IV. 823. *mentem* V. 426. *aures* XV. 63. XVI. 295. *sensus* XVI. 213.

attendere VIII. 591.

exaudire IV. 203. VIII. 410.

pandere aures Deo IX. 57.

pendere ex ore loquentum VI. 565.

Ad parendi notionem hae elocutiones accedunt:

annuere II. 299. VIII. 328. XIII. 523. XVI. 259. 290. 700. XVII. 576.

favere mente pari XVI. 295.

parere I. 635. II. 64. IV. 807. VII. 95. VIII. 206. 577. IX. 493. XIII. 21. XVI. 360.

submittere arcus (pubes) III. 613. *colla* XI. 19.

Nunc duae phrases sunt excitandae, in quibus *capiendi* verbum est: **capere aure** = *mit dem Ohr aufnehmen, vernehmen* vs. 691 et vs. 994 **capere gaudia** *sich über jem. freuen.* Pro priore phrasi haec Silio placent:

agitare gaudia XV. 420.

celebrare gaudia XI. 496.

gaudere I. 270. 325. 533. II. 405. 607. III. 19. 147. 348. IV. 822. V. 91. 177. 468. VI. 235. 621. VII. 714. VIII. 360. 588. IX. 13. XI. 124. 498. XII. 218. XIII. 121. 287. 482. 586. XIV. 137. 497. XV. 271. 500. XVI. 52. 359. XVII. 574.

petere gaudia XII. 745.

praegaudere XV. 307.

rapere gaudia XI. 494.

resolvere mentem in gaudia XIV. 680.

laetari VII. 62. IX. 411. 504. XI. 434. XII. 313. XIII. 186. 509. 755. 792.

Pro altera elocutione:

accipere V. 573. VII. 554. VIII. 153. IX. 479. X. 427. XII. 686. XV. 336. 578. XVI. 193. 240. XVII. 564. *vocem* V. 171.

attigit vox aures XIII. 153.

diffusa vox per aures XIII. 283. *ire per aures* XI. 78.

audire I. 103. 532. II. 700. IV. 8. 262. 446. 810. V. 106. 399. 400. VI. 457. 550. 568. VII. 440. 720. VIII. 106. 305. 310. IX. 50. 121. X. 485. XI. 202. 463 (bis). XII. 417. 659. XIII. 716. XIV. 140. 161. 393. 475. 627. XV. 122. 455. 692. 778. XVI. 185. 259. 695. 698. XVII. 42. 523.

comperire XV. 325.

exaudire XI. 444.

penetrare (*vox, fama ad, in aures*) VI. 519. XII. 211. XIV. 426.

percipere VII. 310. XVII. 373. *mente* XVI. 211.

perstringere aures XV. 459.

pervenire ad aures XII. 338.

Non omitto denique commemorare *capere* saepissime exstare aliter usurpatum, nam inveni in sexaginta octo locis.

vs. 753 mihi agendum est de **trahere poenas** = *Strafe nehmen, büssen lassen, sich rächen.* Haec elocutio tam singularis videbatur esse Doeringio, ut in *poscit* mutaretur necesse esse putaret [1]). Quod non probo, cum per analogiam phrasis *capere gaudia* vs. 994 declarari possit neque magis sit mira quam *rapere gaudia*, quod legimus Pun. XI. 494. Praefert autem Silius:

consumere rabiem in hoste XII. 462.

eluere mentes XI. 200. *cruore labem* XII. 283.

exagere poenas VII. 280. IX. 433. *piacula* XIII. 702.

expetere poenas IX. 265. XIII. 544.

exsatiare dolorem XII. 107. *iras cladum* XII. 271.

flagitare piacula II. 41.

minari poenas IV. 663.

percipere poenas VI. 300.

---

[1]) cf. p. 48 eius diss.

petere poenae Hannibalem II. 29. *poenas* V. 211.
piare IV. 821. VII. 487. XIV. 154.
poscere poenae iuvenem I. 677. *poenas* II. 13.
praesumere piacula V. 213. VI. 300.
purgare ferro nefas XI. 199.
repetere poenam XIV. 41.
sequi (poena) VI. 344.
sumere piacula IV. 764.
ulcisci II. 133. IV. 261. X. 173. XIII. 507.
ultorem esse VIII. 144. XV. 205.

trahendi autem verbum Silio magno in usu esse ex indice Ernestii cognosces, quem complere facile, sed supervacaneum est.

Hic addo **persolvere poenas** vs. 852 = *Strafe zahlen, geben.* Hoc verbum semel inveni: IV. 738 *persolves meritos honores* = *du wirst Ehren entrichten, darbringen.* Pro illa autem elocutione haec dicere solet:

dare poenas VII. 539. IX. 646. XII. 301.
expendere poenas XIII. 698. *supplicium* VI. 588.
exsolvere poenas IV. 646. V. 334.
exurere scelus XIII. 872.
luere I. 671. *poena* II. 301. V. 575. VI. 286. VII. 514. XI. 84. XII. 366. XIII. 381. 867.
pendere poenas II. 456. 488. VI. 683. VII. 517.
piare VII. 545. VIII. 120. XI. 83. XV. 10. XVII. 565.
rependere ruinas XII. 515.
satiare IV, 737. XII. 619.
solvere supplicium II. 240.

Porro in hoc capite enumerandum est **deformare crines** vs. 846 et vs. 1053 **abrumpere crines**[1]). *Deformare* semel inveni: II. 707 *deformata veneno membra*, *abrumpere* saepius legitur in Punicis. Ceterum de sermone Siliano in idem significando cf. id, quod p. 11 ad *dilacerare comas* dixi.

Venio ad vs. 846, quo legimus **scindere vestes**; idem exstat vs. 1018. Silius hanc coniunctionem ita non amat, ut dicat:

---

[1]) *abrumpunt* facilis mutatio est deperditae lectionis cod. L. *aptŭpurit.* In cod. E. rel. legimus *abrumpunt.*

lacerare tegmen vestis I. 673. *amictus* VI. 405. XIII. 389.

discindere pectore vestem XVI. 437.

scindere autem septies inveni in Punicis = *zerreissen, zerteilen.*

Nunc fusius mihi est agendum de vs. 975, **corde petere gemitus** = *seufzen.* Supervacaneum cum sit omnes illos locos afferre, quibus *petere* in Silii poemate hoc aliud valet, satis habeo ea afferre, quae ad illud significandum ei praesto sunt:

anhelare VIII. 660.

ciere suspiria XVII. 216.

congeminare suspiria XVI. 268 (te tauro).

dare gemitus III. 643 (de rupe). V. 398. 592. XIII. 659.

ducere suspiria voce VIII. 210.

effundere gemitus II. 54.

gemere I. 425. II. 226. IV. 96. 296 (de terra). V. 502 (de arbore). 515. IX. 20. 316. X. 407. 589. XII. 418. XIII. 646. XVII. 203. 484.

ingemere IV. 678. VI. 207. XII. 106. XIV. 670. XV. 67. 710.

rumpere gemitum IV. 458.

suspirare IV. 779. VII. 448. *imo pectore* IX. 152. X. 59. 571. XIII. 426.

trahere penitus suspiria I. 530.

volvere murmur anhelum VIII. 114.

Ad. vs. 1049, quo legimus **quadrupedes equi**, animadvertam Silium aut dicere *equus* aut *quadrupes,* non coniungere illa nomina. Semel inveni *quadrupedans equus* XV. 436. Praeterea confer:

cornipes I. 223. 436. III. 361. 704. IV. 19. 145. 231. 266. 341. VI. 259. VII. 655. 684. VIII. 355. 589. IX. 280. 646. X. 253. 275. 319. XIII. 170. XIV. 25. XV. 683. 726. XVI. 167. 201. 328. 387. XVII. 65. 134. 531. 542. 557.

equus I. 209. 255. 262. 299. II. 83. 86. 170. 193. 349. 411. III 38. 376. 383. 412. IV. 97. 162. 180. 195. 214. 240. 257. 558. 599. V. 56. 149. 170. 383.

430. 433. VI. 2. 231. 258. 705. VII. 6. 32. 68. 117. 223. 341. 612. 648. 685. 697. VIII. 284. 559 588. IX. 572. X. 249. 281. 469. 474. 539. XI. 270. 408. 527. XII. 67. 254. 509. XIII. 142. 147. 178. 441. 458. XIV. 208. 247. XV. 212. 285. 335. 353. 725. XVI. 113. 232. 314. 323. 325. 329. 345. 370. 375. 385. 411. 414. 418. 448. XVII. 125. 137. 555. 640.

quadrupes I. 162. 217. II. 196. 261. IV. 96. 139. 241. VI. 212. 265. X. 292. XVI. 425. XVII. 136. 537.

sonipes I. 222. 577. II. 72. III. 293. 307. 335. 386. 458. 550. IV. 146. V. 147. VI. 7. VII. 299. 641. 698. VIII. 339. IX. 657. X. 250. 256. 459. 472. XI. 418. XV. 398. 729. XVI. 174. 333. 395. 422. 556.

Iam in eo est, ut finem imponam elocutionibus excitandis allata ipsa phrasi **imponere finem** *labori* vs. 1063. Hic Epitomator *imponendi* verbo ita utitur, ut sit *in etwas legen, setzen* translato sensu, in Punicis autem Silius plerumque ita, ut sensu et proprio et translato ei sententiam subiciat *auf etwas setzen, legen*, quod ex his locis intelleges: I. 349. II. 156. 676. III. 18. 54. 563. IV. 769. V. 164. VI. 372. VII. 686. VIII. 54. 87. 110. IX. 256. X. 240. XI. 92. 246. XII. 146. 696. XIII. 461. 493. XV. 348. XVII. 192. 255. 527. 537. Semel significat *impositum est es ist auferlegt* X. 657, semel *anfügen*, *beilegen* XIV. 36 *imposuere nomen vacanti Serrae.*

Ea autem verba vel verborum coniunctiones, quae idem valent atque finem statuere, imponere, apud Silium haec sunt:

addicere finem XV. 68.
addere modum IV. 668. VII. 13. *finem* XIII. 489.
claudere labores XV. 652.
dare finem V. 677. XIII. 362. XVI. 109.
desinere X. 84. XII. 725. XV. 39. 384.
donare finem senectae XV. 651 (= necare).
finire I. 672. V. 579. VIII. 237. XV. 366. XVI. 150. *postquam finis epulis* XVI. 228.
parere finem VIII. 15. XVI. 668.
ponere finem I. 280 (= necare).
statuere finem VII. 14.

Appendix.

Hic id primum afferam quod Doeringius disseruit p. 16 in adn. diss. Epitomatorem dicere vs. 27 **Phoebeia**, cum Silius III. 411. V. 78. X. 111. XIII. 412 praetulerit formam breviorem. Hoc una cum reliquis argumentis potius meae opinionis adiumentum esse apparere puto.

Ad vs. 54 moneo **vereri** cum infinitivo coniungi ita, ut sit *sich scheuen*. Hoc verbum in uno Punicorum loco, quo invenitur V. 671 idem atque timere (fürchten) valet et sic construitur: *vereor ne fata dicarint*. Verba autem timendi, quae iunguntur cum infinitivo haec sunt:

horrere audire VI. 550 *superesse amico cadenti* IX. 402.

pavere audire VI. 568. *agnoscere* VII. 729.

timere tetigisse VIII. 90.

tremere fecisse XV. 551.

Tum eam differentiam grammaticam notaverim, quae tendit ad formam verbi **rimandi**. Epitomator enim semel formam activam vs. 456, semel deponentis vs. 591 adhibet; Silius detrectat formam activam ut Vergilius, Ovidius alii poetae [1]. Legimus apud eum *rimari* VIII. 316. XVII. 519.

Nunc ea comprehendere meum est, quae disserui. Atque in primo quidem capite (I) vidimus *incusare*, *abstinere*, *defugere*, *confugere*, *perspicere*, *auxilium ferre*, *apparat = schickt sich an*, *impedire*, *defessus* plus minus usurpata ab Epitomatore Silio ita tantum placere, ut rarissime, semel vel bis, adhibeat.

Tum in capite altero (II) excussisse mihi videor ab his Epitomes vocibus Silium abhorrere: *praetoria*, *dilacerare*, *sufferre*, *congressus*, *cum primum*, *collau-*

[1]) De hac re iam fusius egit Fr. Plessis: de Italici Iliade, Parisii MDCCCLXXXV p. XI squ.

dare, assumere, resumere, dummodo, tantummodo, devitare, evitare, captare, praeduratus, palpitare, trabalis, increscere, inspicere, se proripere, provolare, interimere, necare, exanimare, commentor (fraudis), exornare, speciosus, munerare, (praeponderare), excubitus, sublustris, exquirere, istinc et illinc, praetardare, asserere, adaugere, praemetuere, pertimescere, emittere, subvenire, funerare, madescere (cf. p. 35).

In capite tertio (III A) *praeferendi* verbo notionem *vorantragen, tragen* Silium non subicere, *excedendi* verbum non valere *herausgehen, sich entfernen, residere* sensu translato non esse *ruhig werden, sich legen, destringere* non significare *streifen, berühren, mortalis* adiectivum non habere activam vim = *totbringend, comparare* ita tantum adhibere Silium, ut cum *compar* compositum valeat *vergleichen*, non *beschaffen, zurüsten*, denique *mittere* non habere notionem *fahren lassen, aufgeben*.

In eodem capite (III B) has verborum coniunctiones alienas esse a Punicis demonstratum est: *summus rex, aethereus rex, pater optimus* = Iupiter, *agere noctem, secare ora, nudare ensem, eripere ensem vagina, recludere mucronem, ignea lampas* sc. Solis, *integrare animum, firmare animos, se recipere, terga referre, rigidus, fortis, horridus, rigens* ad *ensis* et synonyma, *fortis* ad nonnulla nomina appositum, *tristis* et *ingens* ad *vulnus, funestus, horrendus tumidus* ad *bellum, Mars* etc. adiecta, *turbare foedera, volare imbres, nubes, carpere herbas, linquere lumina, manare (tellus), posthac extemplo, accommodare aures, animum, capere aure, capere gaudia, trahere poenas, persolvere poenas, deformare crines, abrumpere crines, scindere vestes, corde petere gemitus, quadrupedes equi, imponere finem (labori)*.

In appendice denique Epitomatori placere formam *Phoebeius*, Silio *Phoebeus*, *vereri* ab hoc cum infinitivo coniungi, ab illo cum *ne* et coniunctivo, *rimandi* verbum ab Homero Latino activa, a Silio passiva forma usurpari.

Haec si examinabis primum quidem permulta prosam orationem redolere videbis, quae Iliadis Latinae auctor amat, Silius detrectat [1]). Tum vero tot tantaeque exstant diversitates, ut et adulescenti Silio Epitomen nobis tribuentibus magnae obstent difficultates. Neque enim est consentaneum tam multa, quae Doeringius in dissertatione sua protulit, resonuisse in Silii memoria et quasi invito se ei obtrusisse, eorum autem, quae ipse attuli, memoriam excidisse illi [2]). Tum enim mirum in modum ei resonuisset, quoniam plurima eorum quae excitavi pro Punicorum argumento creberrime adhibere potuit, quod excitatis synonymis me probavisse puto. Hae discrepantiae luculenter explicari non possunt nisi ita, ut diversum ingenium in utroque opere versari statuamus i. e. alium esse Iliadis Latinae auctorem alium eum, qui Punica composuit. Hic non oppresserim silentio Woelfflini verba: So kann ein Mensch sich unmöglich verleugnen, dass er die gewöhnlichsten Wörter bald massenhaft gebraucht, bald ebenso consequent vermeidet [3]). Unum autem restat, quod scrupulum nobis movere possit, dico nomen Italici, quod parastichide in initio Epitomes praebetur. Atque Brandstaetterus quidem reiecta eorum sententia, qui Italicum ex Italica, Baeticae urbe, oriundum significare putabant, eos refellit, qui ab Italica, urbe Pelignorum, quae eadem atque Corfinium est, derivandum nomen esse existimabant. In fine autem dissertationis, quid Italici cognomen significet, intellegi posse negat [4]). Cum hoc non con-

---

[1]) cf. de hac re Verres l. l. p. 98, qui Epitomatorem hominem prosae orationis nominat, qui verba sua vulgaria et cotidiana passim flosculis exornaverit, et Doeringii progr. p. 38.

[2]) cf. p. 12 eius progr.

[3]) mus. Rhen. tom. XXVII p. 104.

[4]) F. E. Brandstaetter: de Punicorum, carminis epici, a Silio Italico condito cum argumento tum stilo atque ornatu poetico, progr. Witten 1877.

sentio, nam aliquid Spartiani loco tribuendum esse puto, qui est in Hadriani vita cap. 12: *Italici sunt Itali genere in provinciis negotiantes vel fixa etiam sede ibi commorantes*[1]. Ex quo loco id quidem elucet et multis hominibus id nomen inditum fuisse, neque Buecheleri sententiam stare[2], qui Italicum ullum alium nisi Punicorum auctorem esse posse negavit. Quodsi recte statui, cum Paulo Verres consensum nominum casui tribuamus[3], sed ei casui, qui quomodo accidere potuerit, facile nobis est ad intelligendum.

[1]) cf. Ernestii prooemium editioni suae praemissum p. LV, qui aliter quoque nomen explicari posse defendit.
[2]) mus. Rhen. tom. XXV p. 391.
[3]) cf. p. 80 l. l.

Index earum Epitomes vocum et verborum coniunctionum, quae in hoc libello a me pertractatae sunt.

VITA.

Eduardus Altenburg a. d. III Id. Mai. a. h. s. LXVII patre Henrico, qui mihi adolescenti morte ereptus est, matre Mathilda e gente Mueller, quam adhuc superstitem esse valde gaudeo, Hersfeldiae Cattorum natus sum. In patria urbe postquam litterarum elementis eruditus sum, per novem annos gymnasium frequentavi, dum hoc absoluto in almam matrem Philippinam me contuli. Hic per unum semestre audivi *Bergmann*, *Birt*, *Friedensburg*, *Iusti*, *L. Schmidt* et in proseminario philologo interfui. Tum per annum Lipsiae studiis navavi, ubi me scholis docuerunt *Hanssen*, *Maurenbrecher*, *Overbeck*, *Ribbeck*, *Rohde*, *Wachsmuth*, *Wundt*, exercitationibus philologis *Hanssen*, proseminario *Crusius*, *Hirzel*, *Rohde*, *Wachsmuth*. Insequenti autem anno Berolini me docuerunt *Bresslau*, *Ewald*, *Kirchhoff*, *Koehler*, *Paulsen*, *Treitschke*, *Vahlen*, *Wattenbach*, *Weizsaecker*; atque benigne concessit *Koehler*, ut ad exercitationes historicas admitterer. Denique Marpurgum reversus operam dedi scholis horum vv. dd.: *Birt*, *Cohen*, *Fischer*, *Kayser*, *Niese*, *L. Schmidt*, *de Sybel*, *Varrentrapp*, *Wissowa*. Per unum semestre eram in exercitationibus geographicis, quas *Fischer* moderabatur, in proseminario historico, quod *Lenz* gubernabat, per duo semestria in seminario philologo sub *Birtio* et *Schmidtio* florente sodalis ordinarius, per tria semestria in exercitationibus historicis, quibus *Niese* praeses erat.

Quibus viris omnibus gratias ago quam maximas, imprimis *Birtio*, qui quantopere me in studiis meis adiuverit, semper grata habebo memoria.

